efficiamur filij adoptiui. videt̄ eñ ꝙ per charitatem
ſicut dicit Aug. Sola charitas eſt q̄ diſcernit inter fi
lios regni et ꝑditionis. Videtur etiam ꝙ ꝑ fidem. ſi
cut Jo. j. dicitur. Dedit eis poteſtatem filios dī fieri
his qui credunt in nomine eius. Videtur nihilomi
nus ꝙ ꝑ timorē. Super illō Ro. viij. Nō accepiſtis
iterū ſpiritum ſeruitutis ꝛc. glo. Timor caſtus qui ē
bonus et ꝑficiens generat nos filios. Videtur etiam
ꝙ ꝑ gratiam baptiſmalem ꝑ auctem dñi Jo. iij. Ni
ſi quis rena. ꝛc. ſ; hoc eſt per baptiſmū. Queritur er
go cui iſtaꝝ gratiaꝝ ſiue donoꝝ attribuatur ꝓꝑe
filiatio adoptionis. Et ſi omnibus quodā modo q̄
50 ritur cui magis ꝓꝑie. ¶ R. dōm ꝙ cum querit̄ vtꝝ
ſumus filij adoptionis ꝑ chriſtum. hoc pōt intelligi
dupliciter. quia ꝑpoſitio illa ꝑ pt̄ importare cauſam
effectiuam. vel meritoriam ſiue diſpoſitiuā. Et ſi im
portat cauſam meritoriā vel diſpoſitiuam. abſq; du
bio verum eſt ꝙ ſimus filij adoptionis ꝑ chriſtū. Ip
ſe eñ nobis meruit gratiam ꝑ quā ſumus filij adop
tiui inquantum eſt caput eccleſie. Et hoc non ſolum
reſpicit diuinam naturam ſ; etiā naturā aſſumptā.
Si vero importat cauſam effectiuam. ſic adhuc veꝝ
eſt. pater eñ nos adoptauit per filium et ſpiritūſan
ctum. Et ſi per appropriationem loquamur. ꝑ filiū
nos adoptauit quo ad inchoationem. per ſpiritūſan
ctum quo ad cōſūmationem. Ad noſtram eñ adop
tionem duo concurrunt. ſ. redemptio que facta eſt ꝑ
filij miſſionē. et gratificatio que facta eſt per miſſio
nem ſpiritusſancti. Et hoc eſt quod dicitur in libro d̄
anima et ſpiritu ca. vj. A patre per filium et ſpiritū
ſanctum ad nos diuina deſcendunt. Pater ſiquidē
tradidit filium quo redimeret nos. miſit ſpiritūſan
ctum qui ſeruos adoptaret in filios. filium dedit in
precium redemptionis. ſpiritūſanctum in priuilegi
um adoptionis. Et ſic patet ꝙ per omnem modū ſi
ue ꝑ dicat rōem diſpoſitiuā ſiue effectiuā. ꝛ hoc ſiue
ꝑ proprietatē ſiue ꝑ appropriationē. verū ē ꝙ ſum⁹
filij adoptiui per xp̄m. Et concedende ſunt ratiōes
51 que hoc oſtendūt. ¶ Ad illud ḡ qđ primo obijcitur
in contrarium de ſpiritusancto. dōm ꝙ filiatio ado
ptionis conuenit ſpiritusancto et appropriari pōt
ratione gratificationis. ſed per hoc non excludit̄ quin
conueniat filio. Si eñ per ꝓꝑietatē loquamur. in
diuiſa ſunt opera trinitatis. ſi vero per appropriatio
nem. nihil ipedit quin aliquid diuerſis de cauſis poſ
ſit pluribus perſonis appropriari. et per hoc patet ſe
52 quens obiectum. ¶ Ad illud qđ obī ꝙ filij adoptiui
fuerunt ante aduentum xp̄i. Dōm. ꝙ et ſi fuerūt añ
aduentum chriſti ſm̄ rem. non tñ ante fidem ventu
ri fuerunt filij adoptiui. quia ſicut dicit Aug. nullus
ſaluari potuit ſine fide mediatoris. Preterea añ xp̄i
aduentum non fuit plena ratio filiationis. quia nul
lus hereditatem poterat aſſequi quantūcunq; iuſt⁹
eēt. Et ſi tu obijcias de angelis ꝙ ñ ſint filij. Dōm ꝙ
et ſi non ſint filij mediantibus meritis chriſti homi
nis. ſunt tñ per effectum et conformitatem filij dei.
Oportꝫ eñ ſicut dicit Aug. nos in filios adoptari ꝑ
53 eū qui ē filius ꝑ naturā. ¶ Ad illud qđ obī ꝙ incar
natione non poſita ponit̄ filiatio. nec remota remo
uetur. dōm. ꝙ hoc non arguit noſtre adoptiōis xp̄m
nō eē cauſam. ſ; oſtendit incarnationē non eſſe totā
cauſam. q; complectur filiatio in miſſione ſanctiſpiri
tus. ¶ Ad illud vō qđ vltimo queritur. ꝑ quod do 54
num gratie ſiamus filij adoptiui. dōm. ꝙ filij dei ſu
mus inquātum ſumus conformes imagini filij natu
ralis. ſm̄ illud Ro. viij. Quos predeſtinauit confor
mes fieri imagini filij eius. Hoc autē eſt dupliciter.
Aut per remotionem a malo. et hoc eſt per gratiam
baptiſmalem. que inquantū eſt ſacramentalis. mede
la eſt cōtra malum. Aut ꝑ ordinem ad bonū. Et hoc
poteſt eſſe dupliciter. aut ex parte intellectus et ſic ē
fides. aut ex parte affectus et ſic eſt charitas. Si aūt
dicat̄ timor vel humilitas facere filios. hoc eſt diſpē
ſatiue.

¶ Queſtio. iij. f

Utrum filiatio adoptionis ſit in nobis ꝑ compara
tionem ad xp̄m. Et hoc eſt querere vtrum ſimus fi
lij adoptiui ipſius chriſti. Et ꝙ ſic videt̄. Frequent̄
eñ in euangelio vocat dñs diſcipulos ſuos filios et
illos quos curabat. Confide fili fides tua te ſaluum
fecit. Si ergo vere dicebat. illi vere erāt filij xp̄i. ſed
non naturales. ergo adoptiui. ¶ Item ſuper illud
Ephe. iiij. Unus deus et pater omniū. glo. Deus eſt
pater omnium creatione. ſed fideliū regeneratione.
ſed chriſtus creauit et recreauit. ergo chriſtus eſt pa
ter omnium et fidelium. ſed fideliū eſt per adoptio
nem pater. ergo ꝛc. ¶ Item filij adoptiui efficimur
per gratiam inhabitantem. ſed cum habitat in nob̄
vna perſona. neceſſe eſt ꝙ inhabitet et reliqua. ergo
ſi ſumus filij vnius perſone. neceſſe eſt ꝙ totius tri
nitatis. ergo xp̄i. ¶ Item vnus eſt amor quo ama
mus patrem. et filium. et ſpiritūſanctum. Sed amor
eſt ille qui facit nos clamare abba pater. ergo pater
et filius et ſpiritusſanct⁹ ſunt vn⁹ pater noſter. Sꝫ
contra. Illius ſolius eſt adoptare qui potens eſt ge
nerare. ſed i diuinis ſolus pater generat. nec chriſt⁹.
nec ſpiritusſanctus. ḡ ſumus filij adoptiui ſolius pa
tris. non ergo xp̄i. ¶ Item illius ſumus filij adopti
ui cuius chriſtus eſt filius ꝑ naturā. eo ꝙ ſumus ei
us fratres et coheredes. ſed idem chriſtus eſt filius
ſolius patris. ergo nos ſumus filij adoptiui r̄ſpectu
vnius ſolius perſone. ſcꝫ patris. non ergo xp̄i. Itē
ſolus filius eſt incarnatus. nec ſi alius incarnaretur
eēt confuſio ꝓꝑietatum. et nomē filiationis tranſi
ret in aliā ꝑſonam. Si ergo filiatio non debet in di
uinis competere alij perſone q̄ꝫ perſone filij. pari ra
tione nec paternitas. ¶ Item reſpectu illius ſolius
dicimur filij qui refertur ad nos viceuerſa. ſed filius
dei non dicitur ad nos. nec dicitur filius noſter. ſicut
habitum eſt in primo libro. ergo nec nos debem⁹ di
ci filij ipſius filij. Si tu dicas ꝙ ꝛ ſi non r̄feratur ſub
nomine filij. refertur tñ ſub nomine patris. Obijci
tur contra hoc. quia eſſe patrem et fratrem ſunt
relationes incōpoſſibiles reſpectu eiuſdem. ſ; xp̄us
eſt frater noſter. ḡ nō ē pater. ḡ nō ſum⁹ filij xp̄i. R.
dōm ꝙ abſq; dubio filiatio ꝑ adoptionē cōpetit no 55
bis reſpectu totius trinitatis a qua ſumus creati et
recreati. et ſic cōpetit nobis reſpectu xp̄i. Unū xp̄s pōt
dici pater nr̄. Sicut eñ in diuinis nomē ꝑncipij acci
pitur eēntialiter. vtpote cū dī reſpectu creature. acci
pit̄ etiā notionaliter cū dī reſpectu perſone. Sic no
mē patris ſi dicat̄ reſpectu perſone dī perſonaliter.
Si vero dicatur reſpectu naturalis creature eēntia
liter dicitur. Unū ſicut pater et fili⁹ et ſpūſſanct⁹ ſunt
vnū ꝑncipiū reſpectu creature rōe ꝓductionis natu
re. ſic ſunt vn⁹ pater rōe collatiōis gratie. Cōcedēde

56 ſūt ꝯ̄rōes ad h̄ inducte. Ad illō qđ p̄io obi͂ ꝙ illi⁹
ē adoptare.ꝛc̄.Dō.ꝙ illud hȝ locū in eis q̄ nati ſunt
habere filios per viā generatiōis.De⁹ aūt n̄ ſolū hȝ
filiū per productionē generatiōis.verū etiā multos
ſibi format filios p̄ ꝓductōez creatōis. Et ſicut tota
trinitas illos creat dādo vitā. ſic recreat dādo grāȝ.
57 et ſic adoptio ad totā trinitatē ſpectat. ¶ Ad illō qđ
obi͂ ꝙ eiuſdē ſumus filij nos et xp̄s.dō.ꝙ verū eſt ꝙ
eiuſdē ſumus filij ſcȝ patris eterni.ex q̄ ois p̄rnitas
in celo et in terra nōiatur. nō tn̄ illius ſolius. q꞉ alit̄
ſum⁹ nos filij.aliter xp̄s. Chriſtus eñ eſt fili⁹ per ge
nerationēȝ que ē actio perſonalis.nos aūt per crea
tionē et gratificationē que ē actio eēntial̄. Et qm̄ p̄r
cōicat toti trinitati.iō nō ſeq̄tur ꝙ ſi eiuſdē ſum⁹ filij
cui⁹ ē xp̄s ꝙ nulli⁹ alteri⁹. Verꝫ ē tamē ꝙ p̄rnitas
ipſi pſone p̄ris appropriat̄ ſm ꝙ di͂ reſpectu noſtri.
58 Ad illō qđ obi͂ ꝙ nomē ꝓprietatis cōicatū alijs p
ſonis inducit cōfuſionē.dōȝ ꝙ illud veritatē hȝ qn̄
nomē ꝓprietatis ſic cōicat̄ ꝙ nūerat̄. vtpote ſi duo
filij eēnt in trinitate.hoc āt ꝯtingeret ſi alia perſona
incarnata fuiſſet. Si eñ ſpūſſanct⁹ eēt natus d̄ virgie.
fili⁹ eēt.et ali⁹ fili⁹ q̄ȝ ſit xp̄s.nūc aūt nō ē ſic. Nā ꝛ ſi
xp̄s et ſpūſſctūs dicat̄ eē pater nr̄ p adoptionē.nō tn̄
ſūt ali⁹ et ali⁹ p̄r. imo tota trinitas ē vn⁹ p̄r nr̄. q̄uis
vna ſola pſona ſit p̄r xp̄i. ¶ Ad illō qđ obi͂ ꝙ non di 59
filius nr̄ vl̄ ſpūſſanct⁹ nr̄.dō.ꝙ ad hoc ꝙ aliq̄s ſit p̄r
nr̄ nō oportȝ ꝙ ad nos referatur ſub ꝓprio nōie.ſed
ſub hoc nōie qđ ē p̄r.hoc aūt nō dicere ē ꝙ filius di͂
ſit pater nr̄. q̄uis nō ſit filius nr̄. Nec valet qđ obi͂ d̄
cōfuſione relationū.ꝙ idē ſit p̄r et frat̄.dōm. ꝙ nihil
impedit diuerſas et oīno diſparatas relatōes ineſſe
eidē ſm diuerſas naturas.et ſic ē in ꝓpoſito. Nam
xp̄s ē pat̄ nr̄ ſm diuinā naturā.et ē frater nr̄ ſm hu
manā naturā.hoc āt nō facit ꝯfuſionē ꝓprietatū nec
relationū.q꞉ nec p̄rnitas illa nec fraternitas ꝓprieta
tes pſonales importāt.

Diſtinctio.xj.de cōicatiōe ideomatū et ꝓprietatū reſpiciētiū pſonā ꝓut ſonant in defectibilitatē.vt predeſtinatio.creatio.inceptio ꝛc̄.

Deinde ſi querit̄ vtꝝ p̄deſtinatio.ꝛc̄.Supra oñdit mḡr qualiter xp̄o ꝯueniūt iſta ydiomata que ſona re videnť in cōplementū et dignitatē. In hac vero pte inquirit de his que dicūt aliquā d̄fectibilitatē. talia aūt ſunt q̄ notāt inceptionē et ſignificāt habere eē poſt non eē. Talia aūt ſūt in triplici dr̄ia. Na queda importāt inchoationē in eſſe iplicite et rōe cōnotati.vt vocabulū predeſtinādi. Quedā iplicite ſ rōne p̄ncipalis ſignificati vt verbū creandi. Quedā explicite et rōne ſui p̄mi ſignificati ſicut verbū incipiēdi. Ido ps iſta habet ptes tres. In quaꝝ p̄ma inq̄rit.vtrū predeſtiatio dicat̄ de natura aut de pſona xp̄i. In ſecūda vo inquirit.vtꝝ xp̄s ſit creatura.ibi.ſolet etiā queri vtꝝ debeat ſimplr̄ dici ꝛc̄. In tertia vero querit.vtꝝ ille hō aliqñ incepit.an ſemp fuerit.ibi. Poſt p̄dicta querit̄ ꝛc̄. Pria āt et vltima pte manēte indiuiſa. media ps diuidit̄ in tres. In quaꝝ prima ꝓponit q̄ſtionē et determinat. In ſecunda vero p auctēs ſanctorum confir mat.ibi.Qui xp̄m vel dei filium ꝛc̄. Tercio vero diſſoluit argumentationem ſophiſticam que quidem vide tur eſſe contraria veritati.et hoc ibi.Et ſi ergo chriſtus ſm hominem dicitur creatura.ꝛc̄.

¶ Vtꝝ predeſtinatio dicat̄ de pſona vel natura xp̄i. a

Deinde ſi querit̄ vtrū predeſtinatio illa quā cōmemorat apl̄s ſit de pſo na an d̄ natura.ſane dici pōt et pſonā filij que ſemp fuit eē p̄deſtinatā ſm hōiez aſſumptū. vt ipa ſcȝ ens hō eēt dei fili⁹.et naturā hūanā eē p̄deſti natā vt verbo patris perſonaliter vniretur. di.XI.

¶ Querit vtꝝ xp̄s ſit creatura ſiue creatus vel factus. Et determi nat hoc ſimplr̄ et abſq̄ determinatiōe minus ꝯgruēter dici. b

Solet etiā queri vtꝝ debeat ſimplr̄ dici atq̄ cōcedi xp̄m eē factū.vl̄ creatū. vel creaturā. Ad qđ dici pōt.hoc ſimplr̄ et abſq̄ determiatōe min⁹ cōgruē ter dici. Et ſi qñq̄ breuitatis cā ſimplr̄ enunciet̄. nūq̄ȝ tn̄ ſimplr̄ dȝ itelligi. Q꞉ vt Aug.in.j.li.d̄ tri.ait. Cū de xp̄o loq̄mur.q̄d ſm q̄d et ꝓpt̄ q̄d dicat̄ prudēs et diligēs ac pi⁹ lector itelligere dȝ. Aug.

¶ Cōfirmat determiationē autoritatibus ſanctoꝝ. c

Qui xp̄m vl̄ di͂ filiū n̄ eē factū vel creaturā in.j.li.d̄ tri.oñdit ita iquiēs. In p̄cipio erat verbū.et v̄bū caro factū ē.et oia p ipm facta ſūt.neq̄ dicit oia niſi que facta ſūt.i.oēȝ creaturā. Vñ liquide apparet ipm factū nō eē p quē oia facta ſūt. Et ſi fact⁹ n̄ ē.crea tura n̄ ē. Si āt creatura n̄ ē.eiuſdē cū p̄re ſbe ē. Omis eñ ſubſtātia que de⁹ n̄ ē.creatura ē. et q̄ creatura n̄ ē. d̄⁹ ē. Sȝ ſi fili⁹ n̄ ē eiuſdē ſubſtātie cui⁹ p̄r.ḡ facta ſub ſtātia ē.et ſi facta ſubſtātia ē.n̄ oia p ipm facta ſūt. At oia p ipm facta ſūt.facta ḡ ſubſtātia n̄ ē.ſȝ vna cū p̄re īfecta ſubſtātia ē. Itē in eodē.ſi vel filiū fecit p̄r quem nō fecit ipe fili⁹.nō oia p filiū facta ſunt. At oia p filiū facta ſūt. Ipe ḡ fact⁹ nō ē.vt cū p̄re faceret oia q̄ facta ſūt. Idē i li.lxxxiij.q̄onū.dr̄ creat̄a q̄cq̄d fecit d̄⁹ p̄r p filiū.q̄ n̄ p̄t appellari creat̄a.qm̄ p ipȝ fctā ſſ oia. Ambro.i li.j.d̄ tri. Probem⁹ inq̄t creaturā n̄ eē dei filiū. Audiuim⁹ eñ i euāgelio dn̄m mādaſſe diſcipl̄is. Pre a Ambro. Marci.xvj.

1 a Liq̄de apparȝ ipm factū n̄ eē p quē oia fa cta ſūt. Cōtra. videt̄ iſta auctas eē falſa in ſe.et ad ꝓpoſitū n̄ va lere. Qm̄ dicim⁹ ꝙ ex ipo.et p ipm et in ipo ſunt oia. ḡ ſi oia ſūt p ipm.ipe nihil ē. cōſtat ꝙ hoc n̄ ſeq̄t̄. ḡ pi rōe n̄ ſeq̄t̄ oia facta ſūt p ipm. ḡ ipe n̄ eſt fctūs. Itē vi͂ ꝙ n̄ valeat ad ꝓpoſitū.q꞉ Aug.non loquit̄ de filio dei ſm diuinam naturaȝ. Cū aūt querit̄ vtꝝ xp̄s ſit

Ro. viij.

De perfidia et pena Arrij.

Gal. iiij.

dicate euāgeliū vniuerſe creature. Qui vniuerſā crea/
turā dicit. nullā excipit. et vbi ſūt q̄ creaturā xp̄m ap/
pellāt? Nā ſi creatura eēt. ſibi mādaret euāgeliuȝ p̄di
cari. et ſubiect⁹ eēt vanitati. q: teſtāte aplō. oīs creatu
ra vanitati ſubiecta ē. nō ḡ xp̄s creatura ē. ſ creator. q̄
docēde creature diſcipliſ mādat officiū. Arrij hec fuiſ
ſe pfidia legit. vt xp̄m creaturā fateret. Ido effuſa ſūt
arrij viſcera atq̄ crepuit medi⁹ pſtrat⁹ in faciē. ea q̄/
bus xp̄m negauerat feda ora pollut⁹. His alijſq̄ plu/
ribus teſtimonijs inſtruimur non debere fateri ſimplr
xp̄m eē factū vel creaturā. ſ addita determiatōe recte
dici p̄t. vt ſi dicat factus ſm carnē vel ſm hōiez. vt fa
ctura hūanitati nō deo attribuat. Ut eñ ait Amb. in
p̄io li. d̄ tri. Nō de⁹ fact⁹ ē. ſ de⁹ dei filius natus eſt.
Poſtea vō ſm carnē hō factus ex maria ē. Miſit eñ
de⁹ filiū ſuū factū ex muliere. factū ſub lege. Filiuȝ in/
q̄t ſuū. ſ. n̄ vnū d̄ mltis. Cū dicit ſuū. generatiōis eter
ne ꝓprietatē ſignauit. Poſtea factū ex muliere aſſeru
it. vt factura nō diuinitati ſ aſſumptioni corpis aſcri
beret. Factū ḡ ex muliere dicit. ꝓpt carnis ſuſceptio/
nē. Sub lege. ꝓpt obſeruātiā legis. Generatio gene/
ratiōi nō p̄iudicat. nec caro diuinitati. De⁹ eñ etern⁹
ĩcarnatōis ſacrm̄ ſuſcepit. n̄ diuidu⁹ ſ vn⁹. ⁊ i vtroq̄
vn⁹. ſ. diuitate ⁊ corpe. Nō eñ alt̄ ex pr̄e. alter ex vir
gine. ſed idē aliter ex pr̄e. aliter ex virgīe. q̄ fact⁹ ē ſm
nr̄e ſuſceptionē nature. nō ſm eterne ſubſtātiam vite.
quē legim⁹ p̄iogenitū et vnigenitū. Primogenitū.
q: nemo añ ip̄m. Unigenitū. q: nemo p⁹ ip̄m. Ex his
euidēter tradit q̄ intelligētia accipiēdū ſit cuȝ dicitur
xp̄s fact⁹. vel ſimplr vel cū additamēto. vt factura. ſ.
vl creatura nō ad aſſumētē deū. ſȝ ad aſſumptū hōiez
referat. In deo eñ creatura eē nō pōt. vt Amb. ait. j.
li. de tri. Nunq̄d dicto factus ē xp̄s? Nunq̄d mādato
creat⁹ ē xp̄s? Quō āt creatura eē in dō p̄t? Etem̄ deus
nature ſimplicis ē non cōiūcte atq̄ cōpoſite. cui nihil
accidat. ſȝ ſolū qd̄ diuinū ē in natura hēat ſua.

¶ Diſſoluit argumētatōeȝ ſophiſticā q̄ vr̄ eē contraria veritati. d

b ᵇEt ſi ḡ xp̄s ſm hōiez dicit creatura. nō tñ ſimplr p̄di/
cād⁹ ē creatura. Nec ex eo q xp̄s ſm hōiez dr̄ eē crea/
tura p̄t qs ꝓgredi ſic argumētādo. Si ſm q hō xp̄s ē
creatura. vel rōnalis vel non. vel que eſt de⁹ vel non.
c ᶜnitens per hoc probare chriſtum eſſe aliq̄d n̄ diuinū.
quia quod ipſe eſt ſm hominem ipſe eſt. Et ideo ſi
ſm hominez eſt aliqua ſubſtantia nō diuina. eſt vtiq̄

creatura. hoc ē ſm na
turā aſſumptam. vr̄ q
auctas illa et alie ſeq̄n
tes ſint inducte valde
impprie. R⁹. dō3. q
auctas ⁊ vera ē in ſe ⁊
ad ꝓpōitū valet. In
ſe quidē vā ē. q: cū pre
dicati claudit in ſubie
cto. Si eñ ipe eſt p̄nci
piū oīm creatoꝝ. ipoſ/
ſibile ē ip̄m eſſe aliq̄d
creatoꝝ. tū rōe poten/
tie creandi q̄ nō p̄t cō
petere creature. tū rōe
generalitatis p̄ncipan
di q̄ non pōt cōpetere
rei create. Nec valet
iſta iſtātia. ex ipo ſunt
oīa ⁊c. oīa ſcȝ facta. q:
oīa p vniuerſitate re/
rū diſtribuit. et de⁹ nō
ē de vniuerſo ſ ſupra
vniuerſuȝ. Et iō nō ſe
quit q ſit nihil. ¶ Ad
illō qd̄ obī q nō valet
ad ꝓpoſitū. Dōm. q
xp̄s nōiat pſonā ver/
bi vt in duabus natu/
ris. et q: nomē ipoſitū
ē pſone filij dei. q: filio
dī repugnat. ipugnat
etiaȝ xp̄o. et iō auctas
inducta et alie ſequen
tes ad ꝓpoītū q̄dē fa/
ciūt. ſ h̄ eſt p accidēs.
Alio etiā modo faciūt
ad ꝓpoſitū. q: auctes
inducte ſūt in lr̄a que
ſūt cōtra errorē Arria
noꝝ. Et qm̄ p̄dict⁹ ſer
mo ſimplr et ſine det/
miatōe plat⁹ ſermoni
Arrij ē ꝓpiqu⁹. iō q̄/
ſi ex cōſequēti auctes
īducte obuiāt p̄dicto
ſermōi. ⁊ ꝓpea valēt
tā in ſe q̄ ad ꝓpōitu3.
b Et ſi ḡ xp̄s ſm hōi/ 2
nē dī creatura non tñ
ſimplr p̄dicādus ē. ⁊c.
Cōtra. qd̄ vere de al
tero p̄dicat cū determi/
natōe nō diminuēte, vere p̄dicat de ipo ſimplr. ſ hō n̄ diminuit de rōe xp̄i. ḡ ſi aliq̄d dī de xp̄o ſm hōiez. vr̄
q ſimplr dicat de ipo. ¶ Itē qn̄ aliq̄d natū ē ineſſe ſolū ſm corp⁹. vere dī de toto ſimplr ſi q̄tū ad corp⁹ dica/
tur. ḡ pari rōe ſi aliq̄d natū ē ineſſe xp̄o ſm hūanā naturā. vr̄ q neceſſaria ſit ꝯñtia q ei ſimplr et abſolute cō
ueniat. ¶ R̄. dōm. q cū aliq̄d dī de aliq̄ ſimplr et ſine determiatōe. hoc pōt eē dupl̄r. Aut ita q ſimplr dictuȝ
nō ponat lati⁹ rē ſuā q̄ cum ponit cū determinatione. et tūc liceȝ inferre. Aut ita q latius ponat rē ſuā quātuȝ
ē de ſenſu quē verba p̄tendūt. et tūc ꝯñtia pōt negari. Sicut nō ſequit ſi inferat ille ē albus ſm pedē. ḡ ille ē
albus. p hunc modū nō ſequit q eē creatura ſm hōiez attribuit xp̄o rōne nature aſſumpte. Prolatū āt ſim/
plicit vr̄ ei cōuenire oīno. Cōſuetū eñ ē nōie creature ea itelligi q̄ oīno inducta ſūt d̄ n̄ eē in eē. Et ſic p3 r̄nſio
ad vtrāq̄ rōeȝ. Ul dicat ſicut. ſ. dictū fuit. di. vij. d̄ p̄deſtiatōe xp̄i q n̄ ſeq̄t ē p̄deſtiat⁹ ſm hōiez. ḡ ē p̄deſtia/
t⁹ ſimplr. n̄ q: hō diminuit. ſ q: variat attributio p̄dicati. vt qd̄ attribuit p⁹ hūane nat̄e. p⁹ modū attribuit
diuie pſōe. ⁊ iō tal' mod⁹ p̄dicādi iducit accñs i aliq̄b⁹ p̄dicat q̄ p ſuā extraneitatē ꝯcomitat. nec inferri p̄nt.
c Nitēs g h̄ ꝓbare xp̄ȝ eē aliq̄d n̄ diuinū. Ul q mgr̄ hēat illō p icōueniēti. ſ h̄ nllm vr̄ icōueniēs. q: cū xp̄s 3

ſit dñs. hec nō recipit xp̄s ē hō dñicus. ḡ pa ri rōe cū xp̄s ſit de⁹. h nō vꝫ admittēda. xp̄s ē aliq̄d diuinū. ḡ eius oppoſita ē vera. ſ. xp̄s ē aliq̄d ñ diuinū. Itē vꝫ ꝙ argumētatio illa ſit neceſſaria. Si xp̄s ē aliq̄ ſuba ñ diuia. ꝙ xp̄s ſit aliq̄d non diuinū. Ad eſſe eñ ſubam neceſſario ſequit̄ eſſe aliq̄d. Sic̄ ḡ ſequit̄ ē hō albus. ḡ aial albū. ita neceſſario ſeq̄ vꝫ. ē ſuba nō diuia. ḡ aliq̄d nō diuinū. ¶ R. dō3.
5 ꝙ hec ē vera. xp̄s ē aliquid diuinū. et hec eſt falſa xp̄s ē aliq̄d nō diuinū. Nec ē ſil̄e d̄ hoc nōie diuinus et d̄ hoc nōie dñicus. Nā et ſi vtrūq3 ſit poſſeſſoriū3. tñ dñicus iportat circa illud de quo dī poſſeſſorē p modū paſſionis. dī eñ dñicus a dño habit⁹ vel poſſeſſus. S3 diuinū nō ſolū p modū paſſiōis. ſ̄ ꝛ p modū actiōis. q2 diuinū dī qd̄ h3 diuinitatē. p quē modū cōſueuit dici pſona diuina. Et ꝑpter hoc ꝯcedit̄ iſta tāq̄ vera. xp̄s ē aliq̄d diuinū. q2 ē pſona diuia. Et iō mgr̄ hāc negat. xp̄s ē aliq̄d non diuinū. Et dicit ꝙ hec ꝯñia nō tenet. xp̄s ſm ꝙ creatura ē aliq̄d nō diuinū. ergo eſt aliq̄d ñ dñicū. q2 in pria remouet negatio diuitatē a creata nā. ſ̄ in ꝯcluſione remouet a pſona eterna. Si aūt querit̄ vtꝝ hec ſit ꝯcedēda xp̄s ē hō diuin⁹. dō. ꝙ nō. Nā cū ſic dī. diuinus nō p̄t dicere diuinitatē p modū3 informātis. nec poſſeſſionē p modū actiōis. ſ̄ ſolū p modū paſſionis. p quē modū dicit̄ diuiniſſim⁹ paulus. vel diuiniſſimus iohes. Vñ impropie ſūt tales locutōes de xp̄o. Propterea mgr̄ ꝯcedit eaꝝ oppoſitas cū3 dicit. Chriſtus ſm hōie3 ē aliqua ſuba nō diuina. id ē. nō informata diuinitate. q2 ē ſuba creata. iō ſane concedit p̄miſſas et negat concluſionē. dicēs peccatū eē in tali locutiōe.

d ¶ Ex tropicis locutiōib⁹ ꝛc̄. Videt̄ ꝙ verbū illd̄ nihil faciat ad ꝑpoſitū. q2 nulla iſtaꝝ locutionū ē tropica. nulla eñ ibi ē tranſſumptio. imo ſm ꝓprietatē ſmonis dicunt̄. ¶ Itē vꝫ eē falſum ꝙ ex tropicis locutionib⁹ nō ē recta argumentatiōis ꝓceſſio. q2 aut ſunt vere aut falſe. Si vere. ex veris ꝯuenit inferre veꝝ. ḡ recta pōt ex talibus locutiōib⁹ argumentatio fieri. Si falſe. ſ̄ ex falſis pōt recte inferri falſum. p̄t etiā et verū. ḡ vꝫ ꝙ nihil ſit dictū hoc qd̄ mgr̄ dicit. Hic etiam modus ſoluēdi vꝫ inaudit⁹. q2 nō ē p interemptionē. nec p diſſinitō3. Null⁹ eñ locus ſophiſticus eſt. nec in dictione. nec extra. cuius diſſolutio currat ſm hāc viā. ¶ R. dō. ꝙ tropic⁹ ſermo duplr̄ pōt dici. Vno nā-
4 ꝙ mō tropicus dī ſermo in quo ē aliqd̄ viciū aliquo tropo excuſatū. Eſt eñ tropus figura. et figura ē viciu3 rōe excuſatū. Alio mō dī ſermo tropicus quilibet ſermo q̄ h3 aliquā iꝓprietatē. ſ̄ tñ excuſat̄ p aliquā determinationē. Cū ḡ dicit mgr̄ ꝙ iſte ſermo Chriſt⁹ ē creatura ſm hōie3. ē tropicus. hoc dicit q2 aliquā h3 impropietatē ꝯſurgētē ex repugnātia intellectuū. que remouet̄ p determinationē adiūctā. Et p tāto vocat mgr̄ p̄dictas locutiōes tropicas. Poſſet etiā dici ꝙ vocat eas tropicas accipiēdo tropū pro figura. Pñt eñ dici tales locutiones ſynodochice. q2 qd̄ ē ptis attribuit̄ toti. et accipit̄ largo mō pars et totū. vt dicat̄ hūana natura quodā mō pars reſpectu xp̄i licet nō ꝓprie. Et ſic pōt dici ꝙ tales locutiones tropice ſunt. et ꝙ figuratiue ſunt p ſynodochen ſm ꝙ ſynodoches ē figura locutiōis. Sicut eñ dicūt piti in gramatica. Synodoches aliqñ ē figura locutiōis. aliqñ cōſtructiōis. Veꝝ ḡ dicit mgr̄ in dicēdo p̄dictas locutiōes eē tropicas. Verū etiā ꝙ ex tropicis nō ē recta argumētatiōis ꝓceſſio. Et rō hui⁹ ē. q2 aliqñ negat̄ aliq̄ locutio ꝑpter iꝓpetatē. ꝛ cū aliquis ſermo excuſat̄ ſub vna forma. ſi fiat ꝓceſſio ad ſermonē ſub alia forma in qua nō inuenit excuſationē. ꝓcedit̄ a locutiōe q̄ excuſat̄. ad eā q̄ nō h3 excuſationē. et ſic talis ꝓceſſus impedit̄. ſicut ſi ꝓcederet̄ a vō ad falſum. Vñ illud argumētū non val3. iſte ē albus ſm pedē. ḡ ē colorat⁹ pede. quis eñ ad eē albū ſeq̄t̄ coloratū. tñ ꝓceſſus p̄dictus nō valet. q2 color nō ē natus ineſſe corpori ſm ptē ſicut albedo. et hoc ē qd̄ vult dicere mgr̄ in ꝓpōito. Et hoc ē. ꝙ al's ꝯſueuit dici ꝙ locutiōes iꝓpe nō ſūt ꝯcedēde nec ad ꝯſequētiā trahēde. ſ̄ magis ſūt ſuſtinende. et exponēde. et artāde. ne de minori iꝓpetate veniat̄ ad maiorē.

Ad itelligētiā āt hu⁹ ptis icidit hic qd̄ circa duo. Prio q̄tū ad xp̄i p̄deſtiatōz. Scd̄o vō q̄rit̄ de his que vident̄ circa xp̄m ponere inceptionē. Circa p̄mū q̄runt̄ tria p ꝯpationē ad p̄deſtiationē nr̄am. Prio q̄rit̄ vtrū p̄deſtiatio xp̄i ſit nr̄e p̄deſtiatiōi conformis. Scd̄o vtꝝ ſit nr̄e p̄deſtiatiōis forma exemplaris. Tercio vtꝝ reſpectu nr̄e p̄deſtiatiōis ſit in ea rō cāͣlitatis.

¶ Qō. j. a

Vtꝝ p̄deſtiatio xp̄i ſit nr̄e p̄deſtiatiōi ꝯformis. ita ꝙ nr̄a et ſua p̄deſtiatio dicat̄ ſm rōnem vniuocam. Et ꝙ ſic vꝫ. primo p diffinitionē p̄deſtiatiōis. Predeſtinatio eſt preparatio gr̄e et glorie. ſ̄ hec ꝯuenit xp̄o et nobis. ḡ ꝛc̄. Itē qd̄ conuenit xp̄o ſm humanam naturā. conuenit nobis vniformiter cum ſit eiuſdē

Margin notes: d; e; Augu. super Johannem.; Augu. super psal.; Joh. viij.

natur̄e et ſpēi nobiſcu3. ẜ predeſtiatio ↄuenit̄ chriſto
ẜm naturā hūanā. ꝙ nob̄ ꝛ ſibi ↄpetit ẜm rō3 vniuo-
cā. ¶ Itē ↄformamur xp̄o i merito. et ſi ↄformamur i
merito neceſſe ē ↄformari in premio. ꝙ pari rōe et in
diuino ꝓpoſito. ẜ hoc ē p̄deſtinatio. ꝙ ꝛc. Itē Aug.
de vocatiōe ſanctoꝝ. Quicūq3 hō gr̄a fit xp̄ianus. ſi-
cut ille homo ab initio fact⁹ ē xp̄s. ꝙ ſi eo mō de⁹ ali
os hōīes xp̄ianos fecit p̄ quē modū et illū hōīe3 xp̄3
fecit. et oīno eodē mō p̄deſtiauit quo mō fecit. ꝙ per
eundem modū predeſtiauit nos et xp̄m. Sed con-
tra. Aug. de p̄deſtinatōe ſanctoꝝ. Predeſtinatio eſt
ꝓpoſitū miſerēdi. ſed reſpectu ei⁹ nō ē miſerendi ꝓ-
poſitū in quo nullū contingit xp̄iri peccatū. Si ergo
talis ē xp̄s. vr̄ ꝙ nō ẜm eādē rōnem dicat̄ predeſtia-
tio de nobis et de xp̄o. Itē predeſtiatio ſic notifica-
tur cōiter. predeſtiatio ē preparatio gr̄e in p̄ſenti. et glo
rie in futuro. S3 in xp̄o ſimul fuerūt gratia ꝛ gloria.
ꝙ predeſtinatio nō ↄuenit nobis et xp̄o ẜm vnā rō3.
¶ Itē predeſtiatio ē in nobis nō tm̄ rōne nature ve
rum etiā rōe pſone. ſed in xp̄o ē predeſtiatio rōe na-
ture aſſumpte nō rōne pſone. cu3 illa ſit eterna. ꝙ ꝛc.
Itē ille hō xp̄s predeſtiatus fuit eē deus ſiue dei fi-
lius ẜm ꝙ dr̄ Ro. j. Qui predeſtinatus ē filius dei in
virtute ꝛc. Unde et datus ē ei ſpūs nō ad mēſuram.
Nos aūt predeſtiati ſum⁹ ad gratiā creatam et fini-
tā. ꝙ ſi creatū et infinitū nō vniuocat̄ in aliquo cum
increato et infinito. neceſſario ſequit̄ ꝙ predeſtiatio
5 ẜm aliā et aliā rō3 dicat̄ de nobis et xp̄o. R. dd3. ꝙ
predeſtiatio xp̄i quodā mō h3 conformitatē ad nr̄a3
predeſtiationē. q̄dā mō difformitatē. qḋ patet ſi attē
dant̄ ea que circa predeſtiatiōe3 ſunt conſideranda.
Conſiderat̄ eīm predeſtinatio in compatiōe ad pre-
deſtinantē. et ad p̄deſtiatū. et ad terminū. ꝛ ad initia
lē ſtatum. Si ꝙ conſideret̄ p̄deſtiatio ẜm compatio-
nē ad predeſtinātem. vnius rōis et conformis modi
ē predeſtiatio xp̄i nr̄e predeſtiatōi. Eodē eīm mō quo
ipe deus predeſtiauit xp̄m. predeſtiauit et nos. Si lo
quamur in cōpatiōe ad ſtatu3 a quo. ſimplr̄ eſt dña.
Nā nos p̄ gr̄a3 predeſtiatiōis eripuit de ſtatu pecca
ti et de maſſa p̄ditiōis. ſicut dicit glo. Ro. viij. Quos
predeſtinauit hos et vocauit. et ipſe textus indicat.
hunc aūt ſtatū non ē repire in xp̄o aliquo mō. Et ſic
q̄tū ad primū ē ſimplr̄ ↄueniētia. quātū ad vltimu3
ſc3 ad ſtatū dña. quātu3 vero ad duo intermedia p̄-
tim ē ↄueniētia. p̄tim dña. In nobis eīm ē p̄deſtina-
tio reſpectu nature. et etiam reſpectu pſone. ꝛ magis
ꝓprie reſpectu pſone q̄ꝫ reſpectu nature. In xp̄o aūt
eſt predeſtiatio ratione nature aſſumpte que ſequit̄
diuinam diſpoſitionem non ratione perſone. et ita
eſt quodam modo conuenientia quodā modo dña
reſpectu predeſtinati. Reſpectu etiam termini con-
ſimiliter ē dña. Nā nos ſum⁹ predeſtiati ad gr̄am et
gl̄ia3. ſilr̄ et xp̄s. ẜ nos ſum⁹ predeſtiati ad p̄ticipādā
gloriā et gratiā ſucceſſiue. xp̄us aūt ſil'. Ite3 nos ſu
mus predeſtiati ad gratiā pſone ſingularis. xp̄s aūt
ad gr̄am vnionis et ſingularis pſone. et ita tantū h3
quātū nos. ꝛ habundat a nobis. ac p̄ hoc quodā mō
ↄuenit quodā mō excedit. Uer3 ē ꝙ ꝙ predeſtinatio
xp̄i quodā mō ē conformis ꝛ quoda3 mō difformis.
Et ſi notificetur ẜm illud in quo conformatur ē vni
uocatio. ẜm aūt ꝙ diſconuenit non. Et per hoc pa-
tent rōnes ad vtrāq3 p̄tem. Nam prime q̄ oñdūt ꝙ
ſic nr̄e p̄deſtinatōi conformis ꝓcedunt a parte p̄de-
ſtinantis vel predeſtinati, quātum ad naturam. vel
ex parte termini q̄tum ad gratiā et gloriā. et ſic ver3
concludūt. Rōnes vero ad oppoſitum ꝓcedūt de ip
ſa predeſtinatione a p̄te ſtatus initialis. vel a p̄te pre
deſtinati rōne pſone. vel a p̄te termini rōe vniōis di-
uine. et ſuis vijs cōcedēde ſunt ſingule.

Queſtio. ij. b

Utr̄ predeſtinatio xp̄i reſpectu noſtre predeſtinatio
nis ſit forma exemplaris. Et ꝙ ſic vr̄ Ro. viij. Quos
predeſtiauit cōformes fieri imaginis filij ſui. S3 illḋ
cui d3 res cōformari et cōfigurari ē exemplar eius. ꝙ
ſi predeſtinati ſumus vt conformemur xp̄o. vr̄ ꝙ ei⁹
predeſtiatio ſit nr̄e predeſtiatiōis exēplaris rō. Itē
Aug. de predeſtinatōe ſanctoꝝ. Preclariſſimū lumē
nr̄e p̄deſtinatiōis ē ihs xp̄s. ẜ lumē h3 rōnē diſtiguē
di et notificandi. Si ꝙ hoc cōpetit forme exēplari. vr̄
ꝙ predeſtiatio xp̄i ſit nr̄e predeſtiatiōis exemplar et
ratio agnoſcēdi. Itē vita xp̄i et mod⁹ viuendi fuit
norma et exemplar ſancte viuēdi ipſis membris xp̄i
S3 ſicut ſe h3 conuerſatio ad cōuerſationē. ita ſe h3
predeſtinatio ad predeſtiationē. ꝙ ſi vita ſua fuit re-
gula et exemplar nr̄e vite. pari rōe predeſtiatio ſua p̄
deſtinationis nr̄e. ¶ Item xp̄i generatio fuit ratō ex
emplaris omnis emanatiōis. q2 in verbo qḋ de⁹ ge-
nuit. omnia diſpoſuit. ꝙ pari rōne eius predeſtinatio
fuit ratio exemplaris oīs predeſtinatiōis. Sed con
tra. ſup illud Job. xxxviij. Nunq̄d noſti ordinē celi.
ꝛc. Glo. Noſcere ordinē celi ē ſupnarū diſpōnū oc-
cultas diſpōnēs videre. ꝙ in predeſtinatōibus et diſ
poſitionibus ē ordo et diſtictio. ꝙ vnuſquiſq3 prede-
ſtinat⁹ habet ſuā ꝓpriā p̄deſtinationē diſtinctā a p̄-
deſtiatōe xp̄i. et ſi alia rōe predeſtiat⁹ ē xp̄us et alia
alij. ꝙ non eſt exēplar ſue predeſtiatōis ꝛ alioꝝ. Itē
ipſa predeſtinatio nihil aliud ē q̄ꝫ preuiſio ſiue diſpō
p̄tinens ad exēplar. ſi ꝙ exemplaris non ē exemplar.
ꝙ predeſtinatiōis nihil ē exemplar. ꝙ predeſtinatōis
nr̄e non ē exēplar predeſtiatio xp̄i. ¶ Itē que ſunt ſil'.
vnū nō ē rō exēplandi reliquū. S3 oēs predeſtina-
tiones ſimul ꝛ ab eterno fuerūt in mēte diuina. ꝙ pre
deſtiatio xp̄i nullatenus potuit eē exēplaris forma.
Itē ſi predeſtiatio xp̄i ē exēplar nr̄e predeſtiatiōis.
Aut ꝙ rōe p̄ncipalis ſignificati. Aut rōe ↄnotati. Si
rōe p̄ncipalis ſignificati. et cū illud ſit deus ſiue diui
na eēntia. ide3 erit exēplatum ꝛ exemplar ſuijpſius.
Si rōne cōnotati. Contra. exēplar precedit exempla
tū nō ſequit̄. ẜ multi habuerūt gratiā finalē q̄ ē effec
tus predeſtinatiōis anq̄ꝫ xp̄s ſuſciperet gratiā. ꝙ non vr̄
ꝙ predeſtiatio chriſti cuiuſlibet alterius predeſtina-
tiōis fuerit exēplaris forma. ¶ R. dōm ꝙ ē loqui de 6
predeſtinatiōe chriſti et nr̄a duplr̄. Aut q̄tū ad p̄nci
pale ſignificatū. Aut q̄tu3 ad cōnotatū. Si loq̄mur
q̄tū ad p̄ncipale ſignificatū qḋ quidē ē diuia eēntia.
ſic nulla predeſtinatio exēplar h3 ab alia. cū oēs vnū
ſunt. ſ. diuina eēntia. Si aūt loquamur q̄tum ad cō-
notatū qḋ quidē ē gratia et gloria. tunc diſtinguēdū
ē ꝙ duplex eſt exemplar. Quoddā interius in mēte 7
artificis. ſicut ratio ẜm qua3 artifex ꝓducit ſua ope-
ra. Quoddam exterius ad quod aſpiciens ille qui
ignorat artem aliquo modo regulatur. Sicut illi ar-
tifices mechanici aliquas formas exteri⁹ habēt ẜm
quas dirigunt opera ſua. ſicut p3 in his q̄ faciūt cal
ciamēta. Si ꝙ primo mō loquamur d' predeſtinatio-
ne xp̄i rōe connotati. adhuc predeſtiatio chriſti nō ē
nr̄e predeſtinatiōis exēplar. de⁹ eīm non predeſtiauit

nos aſpiciens ad aliqḋ aliud a ſe.ſed vnūquodq̄ ꝓ-
uidit in ſe et diſpoſuit ſm rōẽ ꝓpriam. Si vero loq-
mur de exemplari ſcḋo mō. ſic pdeſtinatio xpi ē exē-
plar nr̄e pdeſtiatōis. exēplar iq̄ directū ñ reſpectu ſū-
mi artificis ſed reſpectu noſtri tā in credendis q̄ in
expectandis. q̄ etiā in opandis. Tūc em̄ ē in nobis
recte gratia dei qñ xpo efficimur cōformes. et talia
etiā p gratiam futura ſunt corpa noſtra quale xpus
ſua reſurrectiōe mōſtrauit. ſm q̄ dicūt ſancti. et noſ-
ipi ſi volum⁹ ad vltimū pdeſtinatiōis terminū pue-
nire. neceſſe habem⁹ in auctorē fidei et cōſumatorē
aſpicere. qui exēplū dedit nobis vt queadmodū ipe
fecit et nos faciam⁹. Queadmodū petr⁹ dicit. j. Pe-
tri. ij. Chriſtus paſſus ē p nobis vobis relinquēs ex-
emplū. Et p tāto dicit Aug. q̄ ipe ē pclariſſimū lu-
mē nr̄e pdeſtinatiōis. quaſi de⁹ ad vnūquēq̄ nr̄m di-
cat. Aſpice et fac ſm exēplar qḋ tibi i mōte mōſtra-
tū eſt. hoc ē in xpo. cui⁹ oia illa ve. te. approp̄ata fue-
runt ſigna. et in hoc ſenſu cōcedit. q̄ pdeſtinatio xpi
8 exemplaris forma ſit noſtre pdeſtinatiōis. Ad illḋ
ergo qḋ obī in cōtrariū q̄ ſint diſtincte ⁊ ordinate. di-
cendū q̄ ex illo verbo habet̄ q̄ inter pdeſtinatōes a
pte cōnotatoꝝ ē diſtinctio. ſic tñ q̄ nō deeſt ordo. Et
iō q̄uis nr̄e pdeſtinatiōis effectus ab effectu pdeſti-
natōis xpi ſit diſtinct⁹. pōt tñ habere ordinē ad ipm
ſm quē ē directio vel regulatio. et p hoc quedā ratio
9 exemplādi. Ad illud qḋ obī q̄ pdeſtinatio ipa ē ex-
emplar. dōm q̄ verū eſt de rōne principalis ſignifi-
cati. Et quātum ad hoc bene cōcedendū ē. q̄ vna p-
deſtinatio nō eſt exemplar alterius. ſ rōe cōnotati eſt
exemplatū. et nihil ꝓhibet aliqḋ eē quodā mō exem-
platū et quodā mō exemplar. Sicut liber primo fa-
ctus ab artifice eſt exēplar reſpectu libroꝝ inde fien-
doꝝ. ſed exemplatus fuit ab arte exiſtente in mēte.
10 ſic et in effectu pdeſtinatiōis intelligendū eſt. Ad il-
lud qḋ obī q̄ pdeſtinatiōes ſunt ſimul iā patꝫ rñſio.
hoc em̄ verū ē q̄tum ad pncipale ſignificatū. ſ quā-
tum ad cōnotatū veritatē non hꝫ. et iō nihil impedit
11 quin ex illa pte contingat repe̾ire exēplaritatē. Ad
illud qḋ obī q̄ exemplar pcedit exemplatū. dōꝫ q̄ ⁊
ſi xpus ꝓprie loquendo ſua vita non dedit formā ⁊
exemplū niſi his qui ſecuti ſunt eū. tñ ſub quibuſdaꝫ
velaminibus figuraꝝ dedit pcedentib⁹ qḋ nobis dat
apte. et cū exercebant̄ ſpūaliter ⁊ fideliter a viris ſā-
ctis et ſpūalibus. p hoc xpo cōformabantur in vita.
quē ⁊ ſi nōdū videret in carne. videbāt tñ fide. Iux-
ta illud Jo. viij. Exultauit vt videret diē illū. vidit ⁊
gauiſus ē. et ita q̄uis ñ pceſſerit tpe. preceſſit tñ pfi-
guratōe et credulitate. Et illḋ ſufficit ad rōẽ exem-
plaritatis qualēcūq̄. Preterea et ſi q̄tum ad gratiā
nō pceſſit. tñ quātū ad gloriā preceſſit. et rōe illius ra-
tionē exemplaritatis hꝫ xpi predeſtinatio reſpectu
omniū. ipe em̄ ē primogenitus in multis fratrib⁹ pri-
matū tenēs in omnib⁹.

¶ Queſtio. iij. c

Utꝝ in predeſtinatōe xpi reſpectu nr̄e ſit va rō cau-
ſalitatis. Et q̄ ſic vi. Eph. j. pdeſtinauit nos in ado-
ptionē filioꝝ p ihm xpm. ſ non niſi p xpm predeſti-
natum. ḡ ⁊c. ¶ Itē Greg. dicit q̄ pdeſtinatio iuuat̄
orōnibus ſanctoꝝ. ḡ ſi improportionabilit̄ plus effi-
cacie hñt circa nos merita xpi q̄ alioꝝ ſanctoꝝ. rñſtat
q̄ nō ſolum p xpi predeſtinationē nr̄a predeſtinatio
iuuat̄. verū etiā cauſat̄. nā ipm iuuare quodāmodo
cauſare ē. ¶ Itē ſicut ſe xpi reſurrectio ad noſtraꝫ hꝫ
reſurrectionē. ſic ſe hꝫ predeſtinatio ad nr̄am predē-
ſtinationē. Sꝫ reſurrectio xpi ē cā nr̄e. ſicut dī in glo.
j. Cor. xv. ḡ et predeſtiatio xpi cauſa ē predeſtiatiōis
nr̄e. Itē p cū ſumus pdeſtinati p quē ſum⁹ ſaluati.
ſ ſaluati ſum⁹ p xpm. Thy. iij. ſm ſuā miam ſaluos
nos fecit p lauacrū regenerationis et reno. qḋ effu. in
nos p ihm xpm. Et Eph. iiij. dī q̄ aſcendit vt adim-
pleret oia. reſtat ḡ q̄ p xpm ſum⁹ predeſtinati. ſ xpus
nō eēt niſi eius pdeſtinatio preceſſiſſet. ḡ predeſtina-
tio xpi eſt cā noſtre. Cōtra. Nullū eternū hꝫ cāꝫ. p-
deſtinatio cuiuſlibet homis ē eterna. ḡ a nullo ē cau-
ſata. ḡ predeſtinatio xpi nō ē cā nr̄e predeſtinatiōis.
Si tu dicas q̄ hoc ē rōe cōnotati tpalis. Sꝫ contra.
Nihil poſterius ē cā poris. ſ effectus predeſtinatio-
nis xpi ē poſterior effectu predeſtiatiōis patrū. ḡ ⁊c.
Item xpo nō cōuenit predeſtinari niſi ſm humanā
naturā. ſ ſm humanā naturā nō hꝫ ſup nos cauſali-
tatē. ḡ predeſtiatio xpi non pōt eē cā nr̄e predeſtina-
tionis. Itē ſi predeſtiatio xpi ē cā nr̄e. aut rōe pnci-
palis ſignificati. aut rōe cōnotati. Rōe pncipalis ſig-
nificati nō. hoc conſtat. ḡ rōe cōnotati. Sed contra.
gratia ⁊ gloria a ſolo deo ē tanq̄ a cauſa. nō ḡ a pre-
deſtinatione chriſti. Itē contingēs nō ē cauſa neceſ-
ſarij. Sꝫ āte aduentū chriſti neceſſariū fuit aliquos
predeſtinatos fuiſſe. illos viꝫ qui mortui fuerūt cuꝫ
gratia. chriſtū aūt poſſibile fuit nō incarnari vel na-
ſci. et ita nec eē predeſtinatū. ḡ predeſtiatio eius non
potuit eē cā aliaꝝ. R. dōm. q̄ ſi loquamur de prede- 12
ſtiatiōe chriſti et nr̄a ratiōe pncipalis ſignificati. neu-
tra neutri⁹ ē cā. cū vtraq̄ ſit eterna. omēſq̄ ſint vnū
in ſuba. Si āt loquamur rōne connotati tūc diſtin-
guendū ē. q2 ē cā in genere efficientis que ꝓprie dici-
tur cā de q̄ nūc loquimur. Et hec ē in triplici dīa. ſ.
effectiua. diſpoſitiua. et excitatiua. oē em̄ qḋ efficit vl̄
diſponit vel excitat diſponētē vel efficientē. aliq̄ mō
pōt dici efficere vel cauſare. Si ḡ loquamur de cā ef-
fectiua ꝓprie. ſic predeſtiatio chriſti ratione cōnota-
ti nō pōt eē cā nr̄e. qm̄ effectus predeſtinationis a ſo-
lo deo ē tanq̄ a pncipio effectiuo. gratiā em̄ et gloriā
dabit domin⁹. Si vo loqmur ſ alios duos modos
ſcꝫ de cā diſpoſitiua p rōeꝫ meriti. ⁊ excitatiua ſm ef-
ficaciam exempli. predeſtiatio chriſti q̄tum ad con-
notatū ē cā nr̄e. Xpus em̄ p ſuā gratiā meruit nobis
gratiā et gloriā. Xps etiā per ſue gratie et glorie emi-
nentiam manifeſtam. excitauit ad currēdū ad patri-
am ſupernā. ad quā preordinati ſumus ſm electio-
nē eternā. Et hac via ꝓcedunt rōnes q̄ oñdunt chri-
ſti predeſtinatiōeꝫ nr̄e predeſtiatiōis eē cāꝫ et iō con-
cedēde ſunt. ¶ Ad illud qḋ pmo obī in contrarium 13
q̄ predeſtinatio noſtra eſt eterna. ḡ ⁊c. Dicenduꝫ q̄
verum eſt ratione pncipalis ſignificati non tñ ratio-
ne connotati. Et ſi obijciatur q̄ effectus predeſtina-
tionis aliquoꝝ precedat predeſtinationeꝫ chriſti. re-
ſpondendū ē ſicut in precedenti ꝓbleumate. q̄ et ſi
precedat quantum ad effectum gratie. non tñ quan-
tum ad effectum glorie. Rurſus quāuis precedit re.
non tñ merito et credulitate. Meritum em̄ chriſti ñ
tm̄ ad pñtes vl̄ futuros. ſ rōe fidei etiā ſe extēdit ad
pteritos. qḋ medi⁹ infra māifeſtabit̄ ſuo loco. Ad 14
illḋ qḋ obī q̄ xpus ſm hūanā naturā nō ē cā grē vel
glie. dōꝫ. q̄ ⁊ ſi non ē cā effectiua. ē tñ diſpoſitiua et ex-
excitatiua. et hoc mō dictuꝫ eſt q̄ predeſtiatio chriſti
nr̄e predeſtinationis ē cā. Et p hoc pꝫ ſeqns qḋ obī
q̄ gratia et gloria a deo ē tanq̄ a cauſa. Uerum eſt ſi

dicat̃ de effectiua. alijs aũt modis nõ habet verita-
15 tem. ¶ Ad illud qđ obijcit̃ ꝙ cõtingens nõ eſt cauſa
neceſſarij. dōm ꝙ verũ eſt ſi intelligat̃ de cauſa effici
ente ⁊ cõſeruãte. nõ tamẽ oportet eſſe verũ de cauſa
16 excitãte. Poteſt tamẽ ⁊ aliter dici. ꝙ eſt neccĩũ dupli
citer. Uno mõ ꝙ eſt neccĩũ ꝑ ſe ⁊ ſimpliciť. Alio mõ
quod eſt neccĩũ ꝓpter hoc ꝙ trãſit in ꝑteritum. ſicut
me ſcripſiſſe hodie. ⁊ illud de ſui nã eſt cõtingẽs. Et
ꝓpter hoc nihil impedit ip̃m habere cãm contingen
17 te. Poteſt etiaʒ diſtigui in cõtingẽte. ꝙ q̃dã ẽ ꝯtin-
gẽs qđ pẽdet a vtibilitate volũtat' hũane ⁊ cãe crea
te. q̃dã ꝓpter libertatẽ ⁊ indĩaʒ diuine volũtatis.
que pt̃ facere ⁊ nõ facere. Et q̃uis primũ cõtingens
non poſſet eſſe cã neccĩj. nihil tamẽ impedit de ſcđo.
Medius aũt modꝰ dicẽdi videt̃ rõnabilioꝛ. Et ſi tu
obijcias ꝙ illđ nõ ſoluit. quia poſito ꝙ xp̃s nõ eſſet
incarnatꝰ. adhuc aliꝰ modus erat deo poſſibilis ꝑ
quẽ genus hũanũ eſſet liberatũ. ḡ remota ꝑdeſtina-
tione xp̄i. adhuc ſalua eſſet ꝑdeſtinatio noſtra. ḡ nõ
eſt cã. Dōm ꝙ hoc nõ cogit ꝙ ñ ſit cã. ſed ꝙ non ſit
cã tota ⁊ ꝑ oẽm modũ cauſãdi. eſt tamẽ ꝑ aliquẽ mo
dũ. ſicut deus facit per aliquẽ hoiem aliquod bonũ.
et ſi ille homo nõ eſſet nihilominꝰ faceret. Et tamen
non ſequit̃ ꝓpter hoc ꝙ ille non ſit cauſa. nõ eñ va-
let hic modus arguẽdi i volũtarijs. Et hec ſufficiãt
de ꝑdeſtinatõe xp̄i a parte rei. Supra eñ di. vij. que-
ſitũ fuit de ea a pte ſermonis.

Conſequẽter querit̃ de hijs vocabulis q̃ vi-
dent̃ importare inceptiõeʒ. Et circa hoc tria
ſunt dubitabilia ꝯquirenda. Primo querit̃
Utrũ ſimpliciter concedẽduʒ ſit. ꝙ xp̃s ſit creatura.
Scđo vtrũ concedẽdum ſit. ꝙ ille hõ ceperit eſſe hõ
Tercio querit̃. Utrũ hõ cepit eẽ deus.

¶ Queſtio. j. D

Utrum hec ſit concedẽda. Xp̃s eſt creatura. Et ꝙ ſic
oſtẽditur multiplici auctẽ. Aug. ad dardañ. Qđ ad
verbũ attinet creatoꝛ eſt xp̃s. quod ad hoiem attinʒ
creatus eſt xp̃s. ¶ Itẽ leo papa Noua ⁊ inaudita cõ
uentio. Deus qui eſt ⁊ qui erat fit creatura. ¶ Dam̃
etiã expſſe. Nõ ſcãdaliſauit nomẽ creature. qui ſe ſ'-
uũ aut vermem aut granũ natũ de terra nomiauit.
Idẽ etiam ipꝫ. Quid mirabilius q̃ꝫ creatorẽ creari.
⁊ plaſmatorẽ plaſmari: ¶ Rich. de ſacto vict. in q̃dã
ſequentia. Poteſtate nõ nã. fit creatoꝛ creatura. Ex
hijs oĩbus autoritatibus tanq̃ꝫ vna efficaci rõne cõ-
cludit̃ ꝙ xp̃s ſit creatura. ¶ Item auctẽ efficacioꝛi
ad Gal. iiij. Miſit deus filiũ ſuũ factũ ex muliere. Si
militer ad Roma. ſed oẽ factũ eſt creatura. filiꝰ autẽ
dei eſt factus. ḡ ⁊c. ¶ Itẽ rõne. In xp̃o ẽ veritas nãe
create ⁊ nature increate. et xp̃s nominat ypoſtaſim
vtriuſqꝫ nature. Sed hec eſt vera rõne diuine natu-
re. xp̃s eſt creatoꝛ. ⁊ ille homo eſt creatoꝛ. ḡ pari rõe
⁊ hec. xp̃s eſt creatura. ¶ Item de quocũqꝫ ꝑdicatur
inferius ⁊ ſuperius eſt neceſſaria ꝯñtia. ſed creatu-
ra eſt ſuperius reſpectu hois ⁊ animalis. ⁊ hec ẽ ve-
ra ſimpliciter. xp̃s eſt hõ. ⁊ hec xp̃s eſt animal. ergo
⁊ hec neceſſario eſt vera xp̃s eſt creatura. ¶ Item ſi
xp̃s eſt homo. aut creatus. aut increatus. Nõ increa
tꝰ h̃ ꝯſtat. qꝛ oppoſitio ẽ in adiecto. ḡ ẽ hõ creatus. ſ;
hõ creatꝰ eſt creatura. ḡ ⁊c. ¶ Itẽ ſicut caro xp̄i fu-
it cõcepta. ſic anima xp̄i fuit creata. ḡ ſicut rõne car-
nis hec fuit vera. xp̃s eſt ꝑles virginis ⁊ conceptus
de virgine. Ita hec erit vera. xp̃s eſt creatura dei vl'
creatus a deo. Si dicis ꝙ non eſt ſimile ꝓpter repu-
gnãtiam intellectuũ que eſt in hac. xp̃s eſt creatura.
Cõtra. maioꝛ eſt repugnãtia cũ oppoſitũ ꝑdicat̃ de
oppoſito q̃ꝫ creatura de xp̃o. ſed hec eſt vera xp̃s eſt
impaſſibilis. eſt immoꝛtalis. eſt moꝛtuus ḡ ⁊c. ¶ Sʒ
contra Roma. viij. Uanitati ſbiecta ẽ oĩs creatura.
ſed xp̃s cũ ſit deus. non eſt vanitati ſbiectus. ḡ ⁊c.
Itẽ intellectus huiꝰ nominis creatura eſt eſſe de ni-
hilo. ſed hoc repugnat xp̃o. Cũ ḡ fuerit ab eterno. ḡ
ñ ẽ ꝯcedẽdũ xp̃m eẽ creatũ. Itẽ oẽ creatũ icipit eẽ. ſ;
xp̃s fuit ab etno. qm̃ ipſe eduxit filios iſrł' đ egipto. ḡ
⁊c. ¶ Item xp̃s ſi eſt creatura. aut hoc eſt rõne nãe.
aut rõne ꝑſone. Ratione nãe non. quia nã non ꝑdi-
catur de xp̃o. Rõne ꝑſone non. quia ꝑſona xp̄i nõ ẽ
creata ſed patri coeterna. ḡ nullo mõ verũ eſt ꝙ cri-
ſtus ſit creatura. ¶ Rꝰ dōm ꝙ predictus ſermo a do
ctoꝛibus theologie cõmuniter nõ recipit̃. xp̃s ſiue fi-
lius dei eſt creatura. Adherent eñ verbis magiſtri i
litera. Ratio aũt quare non recipit̃ eſt. quia talis ſ'-
mo eſt ꝓpinquus erroꝛi aut appꝛopinquat. ⁊ qꝛ ma
le aliquãdo intelligit̃ ab hereticis arrianis. et etiã qꝛ
de ſe male eſt intelligibilis. Arrius nãqꝫ dixit filium
dei eſſe creaturaʒ. ⁊ qm̃ xp̃s nominat ꝑſonã filij dei.
qui dicit xp̃m eſſe creaturam. non determinans ſ'm
quã nãm intelligat. videt̃ idẽ dicere quod arrius im-
pie ſenſit. Eſt etiã male intelligibilis de ſe ꝓpt̃ repu-
gnãtiam intellectuũ. Creatura eñ ꝯſtꝛuʒ eſt de rõne
ſui nominis dicit reſpectũ ad creatorẽ. dicit aliqđ qđ
habet eſſe poſt non eſſe. dicit etiam quod habet eſſe
aliũde ꝑ volũtatem ꝓcedens. ḡ in tali locutõe itelle
ctus predicati repugnare videt̃ intellectui ipſius ſb-
iecti ſ'm triplicem diſſonãtiã. Et ꝓpterea predictus
ſ'mo ẽ male intelligibił'. ⁊ fuit male itellectꝰ. ⁊ ꝑ h̃ fu
it erroꝛi ꝓpiquꝰ. Et qm̃ ſ'mo theologicꝰ dꝫ eẽ catho
licus ⁊ vſitatus. ab intellectu non diſſonus. et rei đ
qua loquimur conſonus. preterea predictus ſermo
non recipit̃ niſi determinet̃. vnde rões conceden-
de ſũt que oſtẽdunt predictũ ſermonẽ non eẽ admit
18 tẽdum. ¶ Ad illud ḡ quod primo obijcit̃ in contra- 18
rium de ſanctorum auctẽibus. dōm ꝙ ſãcti aliquãdo
multuʒ expꝛeſſe loquũtur amplius q̃ꝫ admittat cõis
vſus ob aliquid exponẽdum. Et tales ſermões non
oportet extẽdi. ſed potius magis ſũt exponẽdi. et ſic
eſt in predicto ſ'mone. cũ dicunt xp̃m eſſe creaturaʒ.
hoc autẽ dicunt ſ'm hũanam nãm ⁊ vere loquũtur.
non tamẽ oportet ſ'monẽ illum trahi ad cõmunem
vſum. ¶ Ad illud qđ obijcit̃ de verbis apl'i quo dici- 19
tur. factũ de muliere. dōm ꝙ ipſa determinatõ đ mu
liere. ⁊ alia determinatio qua dicit ad Ro. qui factꝰ
eſt ex ſemine dauid ſ'm carnẽ. trahũt hoc vocabulũ
factus ad ſtandũ ſiue ponẽdum rẽ ſuã circa naturã
aſſũptã. Et iđ non ſequitur ꝓpter hoc ꝙ tales locuti
ones ſint ſine determinatõe ꝯcedẽde. ¶ Ad illđ qđ 20
obijcit̃ ꝙ hec concedit̃ ſine determinatione. xp̃s ẽ cre
atoꝛ. dōm ꝙ non eſt ſimile. qm̃ xp̃s nominat ꝑſonaʒ
verbi que eſt icreata. ⁊ eſt create nãe ꝑ eſſẽtiã ⁊ nãm
ꝓpiã. Iđ nõ ita cõueniẽter attribuit̃ ei vocabulum
creature ſicut creatoꝛis. quia non ẽ talis intellectuũ
diſſonãtia. Preterea. ille ſermo non ita appꝛoximat
veneno erroꝛis ſicut ſ'mo ꝑpoſitus. ⁊ ita patʒ ꝙ nõ
eſt reſpuẽdus. ¶ Ad illud qđ opponit̃ ꝙ de quocũ- 21
qꝫ predicatur inferius ⁊ ſuperius. dōm ꝙ verum eſt
quãtum eſt de virtute illatõis. Uñ ſi hec ẽ vera. Pe
trus eſt hõ. abſqꝫ dubio verꝫ ẽ. petrus ẽ animal. Sic
etiã ꝯcedi poteſt ꝙ ſi vere ẽ homo. ꝙ vere ẽ creatura.

nõ tñ oportz q ſi aliqua locutõe vtẽdum ẽ cum infe
riori. q vtẽdum ſit ea cũ ſuperiori ꝓpt̃ diuerſos mo-
dos ſignificãdi. in quorũ vno intellect⁹ inuenit cõſo
nantiã in alio repugnãtiã. Et qm̃ p̃dictã locutõnem
magis reſpuunt doctores ꝓpter hoc q p̃t eſſe via in
falſitatem vel errorẽ ꝓpter malũ modũ intelligendi.
22 q̃ꝫ q ipſa de ſe ſit falſa vel erronea. iõ patet rõ. Et per
hoc patet R° ad ſequẽtem obiectõem. Quis enim
iſta admittat̃ ⁊ cõcedat̃ xp̃s eſt hõ creatus. nõ tamẽ
ſimpliciter cõcedẽdum eſt q ſit creat⁹. ne intelligat̃
ei tale predicatũ ſimpl'r attribui. ⁊ totaliter. B eſt rõe
23 vtriuſqꝫ nature. ¶ Ad illõ qđ obijcit̃ q eſt ꝯceptus
rõne carnis. ⁊ ita ſimiliter creat⁹ rõne aie. dõꝫ q nõ
eſt ſimile. quia ⁊ ſi ꝯceptio dicat exitũ rei in eẽ. nõ tñ
ita repugnat pſone xp̃i intellect⁹ illi⁹ vocabli. ſicut
intellectus verbi creandi. Et ratio huius eſt. quia cõ
ceptio aliquid preſupponit. ⁊ nãm determinatã con
cernit. nec dicit̃ reſpectu dei ſed reſpectu mulieris ſi-
ue matris. dicit eñ exitũ naturalẽ. ſed non ſic creatõ
vel creatura. Nã creatio dicit actũ qui poteſt i totã
rei ſbſtãtiam. vnde quod creat̃. ſimplicit̃ incipit eſ-
ſe. Nullã etiã determinatã nãm ꝯcernit. Dicit̃ etiã
reſpectu ipſius creãtis. ⁊ exitũ voluntariũ importat.
hinc eſt q multo magis repugnat pſone xp̃i vocabu
lũ creandi q̃ꝫ ꝯcipiendi. Et ſi obijcias q non magis
repugnat q̃ ſi dicat̃ immortalis ⁊ mortalis. dõm q
⁊ ſi non magis repugnet q̃tũ ad exteriorẽ rõem. tñ
magis repugnat repugnãtia ducente in errorẽ. Cuꝫ
eñ dicit̃ immortalis ⁊ mortalis. quia mortalis pre-
ſupponit creaturã viuẽtem. ⁊ rõne illius p̃dicat̃. idõ
non ita repugnat. Et p̃terea iſte ſermo ꝓlatus oſtẽ-
dit ſe non debere intelligi niſi p vnionẽ. Sed cũ dici
tur xp̃s eſt creatura. nec p̃ſupponit. nec ſermo videt̃
intelligi p vnionẽ. immo videt̃ p̃dicatũ dicere totuꝫ
eſſe ſbiecti. ⁊ ꝓpter naturã talis actus qui ꝯſueuit eẽ
in totũ. Et ſic patet q nõ eſt ſimile. ⁊ q valde rõnabi
liter mgr̃ dicit p̃dictũ ſermonẽ nõ eſſe trahẽdum ad
vſũ. Quis non poſſit ꝯuinci faciliter ipm̃ ſimpliciter
et abſolute eſſe falſuꝫ. Difficiliores eñ ⁊ efficaciores
ſunt rõnes ad oppoſitũ.

Queſtio. ij. e

Utrũ hec ſit ꝯcedẽda. Iſte homo incepit eſſe. xp̃o de
monſtrato. Et q ſic videt̃ Augu. ſup Ioh. Anteq̃ꝫ
mũdus fieret. nec nos eramus. nec mediator dei et
hoim homo xp̃s ihs. Si ḡ non erat ante mũdi ꝯſti-
tutõeꝫ. ḡ incepit eſſe. ¶ Itẽ naſci ẽ generari ⁊ muta-
ri ſm ſbam. ⁊ ꝓduci de nõ eſſe in eſſe. ſed idẽ eſt ꝯio
ꝓducere in eſſe ⁊ incipere eſſe. Cũ ḡ hec ſit vera. iſte
homo naſcit̃. ⁊ hec iſte homo ineſſe ꝓducit̃. hec etiã
erit vera. iſte hõ incipit eſſe. ¶ Itẽ ante mũdi ꝯſtitu-
tõem hec eſt vera. nullus hõ eſt. ⁊ hec eſt falſa. aliq̃s
homo eſt. ḡ ⁊ hec falſa. iſte homo eſt demõſtrato cri-
ſto. ⁊ hec modo eſt vera. ḡ p̃dicatũ modo ꝯuenit ſb-
iecto. ⁊ prius nõ ꝯueniebat. ḡ incipit conuenire. ḡ h̃
eſt vera. iſte homo incepit eſſe. ¶ Item bene ſequit̃.
iſte homo eſt. ḡ iſte eſt homo. ꝓ eo q in ꝓpoſitiõe in
qua clauditur implicatio licet ipam implicationeꝫ
inferre. Sequit̃ enim homo albus currit. ḡ hõ ẽ al-
bus. ḡ ſequit̃ iſte homo eſt vl' fuit ab eterno. ḡ iſte fu
it ab eterno homo. ſed hec eſt falſa. iſte (demõſtrato
xp̃o) ab eẽno fuit homo. ḡ ⁊ hec. iſte homo eſt vel fu
it ab eterno. ⁊ mõ eſt vera. reſtat ḡ q incepit eſſe v̾a
ḡ hec eſt vera. iſte homo incepit eſſe. ¶ Sed ꝯ Ioh.

viij. Anteq̃ abrahã fieret ego ſũ. pari rõne ⁊ anteq̃ꝫ
celuꝫ fieret. ḡ ſi idem demõſtrat̃ p hoc ꝓnomẽ ego.
⁊ p hoc ꝓnomẽ iſte. videt̃ q hec ſit vera. Iſte hõ fu-
it ante mũdi ꝯſtitutõem. ḡ hec eſt falſa ille homo in-
cepit eſſe. ¶ Item mgr̃ ꝯcedit hanc. Iſte puer crea-
uit ſtellas. ſꝫ cui vere attribuit̃ creare ſtellas. vere at
tribuit̃ ſemp eſſe. ḡ iſte puer ſemp fuit. ḡ hec eſt falſa.
iſte puer incepit eſſe. Conſimiliter hec negat̃ a mgr̃o.
iſte homo ſiue xp̃s eſt creatura. ſed hoc nõ eſt ob ali-
ud niſi quia p nomẽ creature importat̃ exitus de nõ
eſſe in eſſe. ḡ pari rõne vel multo fortiori hec eſt fal-
ſa. iſte homo incepit eſſe. ¶ Itẽ ꝓpriũ eſt ꝓnominis
ꝓ ꝓprio nomine poni ⁊ certam deſignare pſonaꝫ. ḡ
cum dicit̃. iſte homo. hoc ꝓnomẽ iſte demõſtrat pſo
nam. Sed pſona xp̃i ſemp fuit. ⁊ nunq̃ incepit eẽ. ḡ
hec eſt falſa. ille homo incepit eẽ. Si tu dicas q pſõa
ibi large accipitur. Adhuc obijcitur q quicquid de-
monſtrat. demonſtrat. ſiue ſuppoſitũ ſiue pſonã ꝓ-
prie. ḡ videt̃ q adhuc falſa eſt locutio. quia expoſitõ
huius verbi incipit ẽ hec. hoc incipit eẽ. ḡ hoc modo
eſt. ſed prius non fuit. Si ḡ hec ẽ vera ille homo ince
pit eẽ. hec ẽ vera iſte homo mõ ẽ ⁊ prius nõ fuit. Sꝫ
quocunqꝫ mõ accipiat̃. falſa ẽ hec locutio. iſte homo
prius non fuit. Si eñ ꝓ pſona. eius oppoſita ẽ vera
ille homo prius fuit. Similiter ſi ꝓ ſuppoſito. v̾a ẽ.
iſte homo prius fuit. ꝓpter cõmunicatõem ideoma-
tum. ſed non licet negare de aliquo qđ vere affirmat̃
ſiue ꝑ ꝓprietateꝫ nature. ſiue p vnionẽ. Hec eñ ſim-
pliciter eſt falſa. homo non eſt deus. quia eius oppo
ſita ẽ vera p vnionẽ. Cum ḡ omni modo iſta ſit v̾a.
iſte hõ ſp fuit. hec oĩ mõ eſt falſa. ille homo incepit
eẽ. ¶ Itẽ ſicut ſupra habitum fuit. ille terminus hõ
dictus de xp̃o quodãmõ habet nãm termini accidẽ-
talis. quia in termino accidẽtali ſuppoſitũ p̃exiſtere
poteſt forme. ſic ⁊ in propoſito eſt reperire. ſꝫ regula
dat̃ q terminus accidẽtalis ſupponẽs verbo de p̃te
rito. poteſt ſupponere ꝓ p̃ſẽtibus vel ꝓ p̃teritis. ita
q indifferẽter p̃t reddere locutõem veram ꝓ his vl'
illis. Nec ꝓpter hoc dicitur locutio multiplex. quia
non comparatur ad illa tanq̃ ad ſignificata. ſed tan
q̃ ad ſuppoſita. ſed talis locutio dicitur hr̃e plures
cauſas veritatis. Cum ḡ dicitur. iſte homo fuit. ſen-
ſus eſt. ille qui ẽ homo fuit. vel ille qui fuit homo fu-
it. h̃ hoc ſimplicit̃ ẽ v̾a. ille q̃ ẽ hõ ab eterno fuit. ḡ ⁊ h̃
ille hõ ab eterno fuit. ḡ hec ẽ falſa ſimplicit̃. ille hõ in
cepit eẽ. ⁊ nll'atem⁹ diſtiguẽda. ¶ R° ad itelligẽtiam 24
huius locutõis ꝯſiderãda ẽ reſpõſio magiſtri. Mgr̃
eñ rñdet dicẽs q ad hanc locutõem nõ ẽ ferẽda rñ-
ſio ſine diſtinctõe. ipſe tamẽ nõ diſtinguit. ſed deter-
minat q incepit eẽ q̃tum ad nãm. licet nõ q̃tum ad
pſonaꝫ. Incepit eẽ ſm nãm hũanam. ſed nõ incepit
eẽ inquãtum verbũ. Sed certe iſte modus dicẽdi nõ
ſufficit opponẽti importuno. q̃ret eñ rõem multipli-
citatis. ⁊ quẽ ſẽſuꝫ faciat p̃dicta locutio quãtum ẽ de
vi verboꝝ. ⁊ hoc nõ p̃t haberi ex verbis magiſtri ad
liquidũ. Et ꝓpterea tẽtãdũ ẽ diſtinguẽ ſi quo modo
poſſumus aptare p̃dicte locutioni ꝯuenietẽ diſtin-
guẽdi modũ. Vr̃ aũt p̃dicta locutio poſſe diſtigui ex
eo q verbum incipiẽdi poteſt notare inceptionẽ re-
ſpectu veritatis totius dicti. Vel p̃t importare ince-
ptionẽ rei p̃dicate reſpectu ſbiecti. Si p̃mo mõ tunc
ẽ ſẽſus. Iſte homo incepit eẽ. hoc ẽ. locutio iſta. ſ. ille
homo ẽ. incepit eẽ vera. ⁊ hoc abſqꝫ dubio verum ẽ.

Si aūt dicat inceptōem eſſe reſpectu eius qd̄ demō
ſtrat p̄ hoc ꝓnomē iſte. cū illud habeat eſſe eternuꝫ.
vel p̄ ꝓpriam nām. vel ydeomatū cōmunicationem.
videt̄ tunc locutio falſa. Sed hic modus dicēdi ca
lūniabilis eſt. tum quia nō videt̄ ꝙ verbū incipiēdi
hēat ferri ſup̄ totū. cū nihil ſit qd̄ reddat ſibi ſuppo
ſitū. tū etiā quia nō eſt queſtio vtrū oīo illa incipiat
eſſe vera. ſed eſt qō. vtrū res importata p̄ hoc qd̄ dr̄.
ille homo incepit eē. ⁊ ſic modus iſte dicēdi nō vr̄ in
ſe valere. nec etiā qōnē terminare. Et ꝓpterea p̄t eſſe
alius modus dicēdi. ⁊ hoc ſp̄ ſuppoſito ꝙ incipit di
gratia eſt ſenſus cognitōis ⁊ motus affectōis. ⁊ rur-
ſus ꝓpter illam paſſionē apta eſt ianua vt oīb⁹ mē-
bris xp̄i detur dilectio ⁊ cognitio glorioſa. in quibus
ꝯſiſtit ꝑfectio motus ⁊ ſenſus. Ex h̄ eodē angelis mi-
ſteria multa reuelant᷑. ⁊ gaudia multa referuntur de
reſtauratōne ſua que inuenitur facta ꝑ chriſtum. Et
ideo etiam ipſi accipiunt motum ⁊ ſenſum. nō inq̄
illum qui eſt de eſſentia gratie ⁊ glorie. ſed q̄ eſt d̄ bn̄
eē ⁊ ꝑfectōne. Concedendū eſt ḡ ꝙ gratia capitis re-
dundat in oēs ciues ſupne hieruſalē. licet ſm pl⁹
⁊ minus. nam magis in homies qui redimunt᷑. q̄ in
angelos qui reintegrant᷑. magiſq; in eos qui ſequū-

tur eius aduentũ. ꝙ in eos qui ꝑceſſerunt. q꜉ clarius
vident et credũt. ꝛ charismatũ donis amplius ꝑfun-
duntꝰ. Propter hoc ſi paſſio ꝓmiſſa tñ illis valuit.
vt illos ꝑ viam ſalutis ꝑduceret. amplius paſſio ex-
hibita ꝛ ſoluta hoc debuit facere. Propter hoc cõce-
42 dende ſunt rõnes ad primã ꝑtem inducte. ¶ Ad il-
lud ꝟo qꝺ obijcitꝰ ꝙ generalior eſt influentia cordis
ꝗ̃ capitis. dõm ꝙ generalior eſt ſm veritatem. ſ3 ta-
men influentia capitis generalior eſt ſm manifeſta-
tionem. ꝑ eo ꝙ in capite omnes ſenſus apparent. et
eminentiorez ſitum habent. ꝛ in eo ſunt cellule apte
ad cognoſcendũ. ꝛ nerui apti ad ſentiendũ ꝛ mouen-
dum. ita ꝙ nerui apti ad ſentiendum a parte anteri-
ori videntꝰ egredi. ꝛ nerui apti ad mouendũ a parte
poſteriori. Et qm̃ tranſſumptio ad manifeſtãdas ꝓ-
prietates ſpũales latẽtes ſumi debẽt a re manifeſta.
hinc eſt ꝙ ꝓpter gñalem influentiã mag dicitꝰ xp̃s ca-
put ꝗ̃ dicatꝰ cor. ꝓpter quam etiam euidentiã medi-
ci diſcordant a naturalibꝰ. Dicũt eñ phẏſici ꝙ princi-
pium motus eſt ſenſus in capite. licet naturales qui
ꝯſiderant principia rerũ intimiꝰ dicant ꝙ hoꝝ prin-
43 cipium eſt cor. ꝛ ſic patet illud. ¶ Ad illud qꝺ obijci-
tur ꝙ caput nõ influit niſi in vnita membra. dõm ꝙ
habet veritatem in eo capite qꝺ habet determinatã
potentiã. ꝛ nõ poteſt ſibi membra vnire. ꝛ de nõ mẽ-
bro membruz facere. Et ideo hoc nõ habet locum in
capite xp̃o. qui põt ſm diuinã naturã de non mem-
bro membrũ facere. ꝛ ſm humanã naturam põt hoc
mereri ꝛ impetrare. ꝛ ita primo ſenſum ꝛ motuz in-
44 fluere ꝛ ꝯtinere. ¶ Ad illud qꝺ obijcitꝰ ꝙ angeli non
ſunt membra. q꜉ nõ ſunt ꝯformes in natura. dõm ꝙ
et ſi angeli nõ debeant dici membra. tñ nihilominus
influentia poteſt eſſe a xp̃o in angelos. nõ ſolum ſm
diuinam naturã ſm quã eſt caput omniũ. ſed etiam
ſm naturam humanã. ꝑ accidens tamen. q꜉ influen-
do ꝛ redimendo membra ſua repat xp̃s ruinam an-
gelicam. Qñ ergo dicitꝰ ꝙ gratia capitis non influit
niſi in membra. ſi intelligantꝰ membra ꝓprie. ſic non
habet veritatez niſi artetꝰ influentia ad influentiam
ꝓprie dictam. cuiuſmodi eſt influentia gratie et glo-
45 rie. ¶ Ad illud qꝺ obijcitꝰ ꝙ angeli eſſent beati etiaz
ſi xp̃us nõ eſſet incarnatus. dõm ꝙ hoc non cogit ꝙ
xp̃s nullo modo influat. ſed ꝙ nõ influat primũ mo-
tum ꝛ ſenſum qui ſunt eſſentiales gratie et glorie.
Aliquo tamen modo poteſt influere qꝺ facit ad be-
46 ne eſſe ſicut prius oſtenſum eſt. ¶ Ad illud qꝺ obijci-
tur ꝙ illud nõ poteſt influere in illud qꝺ nõ habet ꝯ
ſe. dõm ꝙ verum eſt de influentia ꝑ modum princi-
pij effectiui. De influentia autẽ ꝑ modum meriti nõ
habet veritatẽ. ſufficit eñ ꝙ ſit in fide ꝛ dilectõe cre-
dentis. ac ꝑ hoc dum creditur ꝛ amatur. ab ipſo cre-
dens ꝛ amans viuificetꝰ. ꝛ dum etiã ꝓmittitꝰ. ex ipſa
ꝓmiſſione diuina ſeueritatis rigor aliquatenꝰ place-
47 tur vt beniuolentiã ſuã reddat. ¶ Ad illud qꝺ obij-
citꝰ ꝙ tempꝰ ꝑcedens deberet dici tempus grẽ. dõm
ꝙ in tpe ꝑcedenti grã xp̃i nõ defuit. attamen non de-
bet dici tempꝰ gratie. ſed vmbre dici. q꜉ nõ erat tan-
ta redundantia grẽ que velamen figurarũ effugaret
ꝛ onꝰ legis alleuiaret. Nũc autem cum manifeſta ẽ
veritas. ꝛ ꝑ amorẽ alleuiata ſunt mandata. vere di-
cendũ eſt tempꝰ grẽ aduenisse. Vñ xp̃s efficaciaz ha-
buit in his que ꝑibant ꝛ ſequebantꝰ. vt botrus in pa-
lo portabatꝰ ab antecedentibꝰ ꝛ ſequentibus. ſed pre-
euntes ferebant ꝛ nõ videbant. ſequentes ꝟo ꝛ fere-
bant ꝛ aperte videbant. ſic ſimilitudinarie in ꝓpoſi-
to intelligendum eſt.

¶ Diſtinctio. xiiij. Quõ verbi ſeu xp̃i incarnatio ordinatꝰ ad noſtram redemptõnem ꝗ̃tum
ad plenitudinem ſcientie ſpecialiter.

Hic queri opus eſt cum anima xp̃i ꝛc. Supra egit mgr̃ de plenitudine grẽ ꝛ ſcientie cõmuniter. in hac
ꝟo ꝑte agit de plenitudine ſcientie ſpecialiter. Diuiditꝰ autem ꝑs iſta in ꝑtes duas. In quaruz prima
oſtendit in chriſto fuiſſe omnẽ ſcientiam ſm humanã naturã. In ſcd̃a ꝟo inquirit vtrũ anima chriſti
habuit oĩpotentiã ſicut omniũ ſcientiã. ibi. ſi ꝟo queritꝰ. quare deus nõ dederit ei potentiã ꝛc. Pars prima
habet tres. In quaꝝ prima ꝓponit queſtõez de oĩſcientia anime xp̃i. In ſcd̃a ꝟo ponit determinatõnez ſm
alioꝝ eſtimatõez. ibi. Quibuſdã placet ꝙ nec parem cum deo. In tercia ꝟo determinat ſm ſuam opinionem
oſtendens aiam xp̃i habuiſſe oĩſcientiã. ibi. Quibus rñdentes dicimus ꝛc. Similiter ſcd̃a pars principalis
habet tres ꝑticulas. In quaꝝ prima determinat magiſter. quare aĩa xp̃i nõ habet oĩpotentiã ſicut oĩſcië-
tiam. In ſcd̃a ꝟo opponit ꝯtra ſuam determinatõnem. ibi. Sed ſi illa anima nõ habet ꝛc. In tercia ꝟo diſſol-
uit oppoſitõnem. ꝛ determinatõez ſuam multis ratõnibꝰ adaptat. ibi. Ad qꝺ dicimꝰ illud eſſe accipiendũ ꝛc.

¶ Querit vtrũ aĩa xp̃i habuerit ſapientiã parem cuz
Di. xiiij. deo. ꝛ ſi oĩa ſcit que deus. a

Hic queri opꝰ eſt cũ aĩma xp̃i eſſet ſapiẽs ſapiã
gratuita. vtꝝ hũerit ſapiam equalez deo. ſiue
oĩm rerũ ſciaz habuerit vel habeat. i. vtrũ oĩa
ſciat que deus ſcit.

¶ Ponit determinatõez ſm aliqꝝ opinionẽ. b
Quibuſdã placet ꝙ nec parem cũ deo hẽat ſciam. nec
a oĩa ſciat ꝗ̃ deꝰ. [a] q꜉ in nullo creatura creatori equatur.
Cũ ꝫ aĩa illa creatura ſit. i nullo equatꝰ creatori. ꝫ nec
in ſapiã. Nõ ꝫ hꝫ equalẽ cũ deo ſapiam. nec ſcit oĩa ꝗ̃
deꝰ. Item ſi aĩa illa equalẽ hꝫ cũ deo ſapiaz. nõ ꝫ deꝰ i
a bono maiorẽ hꝫ ſufficiẽtiã ꝗ̃ eiꝰ creatura. Inducũt
Ps. cxxxviij etiã auctẽs ad idẽ ꝓbãdũ. Ait ei ꝓpha ex ꝑſõa hoĩs aſ-
ſũpti. Mirabilꝰ facta ẽ ſcĩa tua ex me ꝛ ñ potero ad eã.

a ¶ Q꜉ i nullo creatu-
ra creatori equatꝰ. Cõ-
tra. videtꝰ falſuz in du-
ratõe a ꝑte poſt. ſicut
eñ deus durat in infi-
nitũ. ita ꝛ creatura. in-
finitũ aũt infinito nõ
eſt maiꝰ. Item infertꝰ
inſtãtia in nũero ꝑſo-
naꝝ. qm̃ ternariꝰ eqꝰ
ternario. ꝛ in multis
creaturiſ ꝯtingit terna-
riuz inueniri. vĩ ꝫ ꝙ ĩn
aliꝗ̃ cõueniat creatu-
ram creatori equari.
Rꝰ. dõm ꝙ penſatis
conditõnibus in nullo poteſt creatura creatori coequari ꝑfecte. nec eſt in aliquo inferre inſtantiam. Et quod

obijcit de ꝑpetuitate creature nō valet. q2 ꝑpetuitas etiam creature pendet ex ꝑpetuitate creatoris. ⁊ perpetuitas etiā creature nō eſt tota ſimul. ſicut ꝑpetuitas creatoris. vt dicit Anſel. tractās illud verbū qḋ h2 i cantico Exo. Dn̄s regnauit in eternū ⁊ vltra. Siliter qḋ obijcit de numero ꝑſonaꝝ nō valet. q2 in diuinis ꝑſonis eſt vera diſtinctio cū ꝑfectiſſima vnitate. ⁊ huic nihil in creatura repiri pōt ꝑfecte ſimile vel equale. licꝫ aliq̄d
2 repiat ibi de ſilitudine ⁊c. b ¶ Nemo nouit que ſunt dei niſi ſolus ſpūs dei ⁊c. Contra hoc videt̄ eē falſum, q2 fili⁹ ſcrutat̄ omnia q̄ ſunt p̄ris. nō ḡ ſol⁹ ſpūs. Item ꝑſcrutatio ē act⁹ ptinēs ad cognitiuā. ḡ ſi ſapia appropriat̄ filio. potius deberet dici ſol⁹ fili⁹ ꝑſcrutat̄ ꝙ̄ ſpūſſanct⁹. R̄⁹. dōm ꝙ verbū illud intelligit̄ cauſaliter. Dr̄ ei ſol⁹ ſpš ſcrutari ꝓfunda. q̄a facit nos ip̄a ſcrutari. ⁊ q2 p̄r ⁊ fili⁹ opāt̄ in nob ꝑ ſpm̄ ſcm̄ quem ad nos mittere dicuntur hinc eſt ꝙ q̄uis dicatur de ſolo ſpūſancto. intelligit̄ tn̄ de p̄re et filio. ⁊ iō cū dr̄ ſol⁹ ſpiritusſanct⁹. nō excludit̄ fili⁹. Ad illḋ qḋ q̄rit̄ q̄re mag̈ approp̄at̄ ſpūiſctō. dōm ꝙ h̄ eſt ꝓpter dona ḡtaruꝫ q̄ ſpūiſctō attribuūt̄. in q̄ꝝ collectiōe ſpūſſanct⁹ dr̄ ad nos mitti.
3 ti. c ¶ Nec ita clare ac ꝑſpicue oīa capit vt de⁹. Contra. h̄ vr̄ eſſe falſum. q2 anima xp̄i ē ſpeculū clariſſimū ⁊ mūdiſſimū. ḡ oīne illḋ qḋ in ea reſultat adeo clare vidꝫ vt deus. Item ſi non ita limpide videt. hoc nō ꝓuenit niſi ꝓp̄ cōmixtōēꝫ obſcuratōis. ſ3 obſcuratōnis cā eſt pctm̄. ḡ vr̄ ꝙ aīa xp̄i hūit obſcuratōēꝫ peccati. ꝙ ſi h̄ eſt falſum. ḡ ⁊c. R̄⁹. dōm ꝙ r̄ſpectu ſumme luc̄ oīs creatura tenebra ē. ſic dicit Augu. eo ipſo ꝙ ex nihilo eſt. Tn̄ ſicut nō pōt ꝑuenire ad ſummā ſtabilitatem. ita non pōt venire ad ſummaꝫ luminoſitatem.
4 Ad illud ḡ qḋ obijcit̄ ꝙ eſt ſpeculum clariſſimum. dōm ꝙ nō dicit̄ ſpeculum clariſſimū ſimpliciter ſed reſpe
5 ctu aliaꝝ creaturarum inter quas retinet principatū. ¶ Ad illud qḋ ob2 ꝙ cā minoris claritatis eſt obſcuratio que quidem eſt ꝑ peccatū. dōm ꝙ minor claritas dupliciter dicit̄ in creatura. vel reſpectu dei. vel reſpectu illius claritatis quā creatura nata eſt habere. Si reſpectu illius quam nata eſt habere. ſic talis obſcuratio eſt ex peccato. ⁊ hec quidem non fuit in chriſto. Si reſpectu dei. ſic talis obſcuratio venit ex defectu creature. eo ꝙ creatura nunꝙ poteſt creatori coequari. Preterea ratio illa non valet. non videt ita limpide. ergo habꝫ aliquam obſcuritatem. quia luminare vnum dicit̄ eſſe minus altero ꝓpter minorem acceſſum ad ſūmmuꝫ ſui generis. quia oppoſitum eius nō eſt aliqua natura ſed priuatio. cum aūt dicit̄ ꝙ maius eſt ⁊ minus eſt ꝑ immixtionem ꝯtrarij. hoc intelligit̄ in oppoſitis quoꝝ vtrunqꝫ ꝑ ſe eſt aliqua natura.

Qḋ exponens Caſſiodorus ait. Ueritas hūane ꝯditionis oſ̄dit̄. q2 aſſumptus hō diuine ſubē nō pōt eq̄ri. vel in ſcientia. vel in alio. Apl's etiā ait. [b] Nemo nouit q̄ ſunt dei. niſi ſol⁹ ſpirit⁹ dei qui ſolus ſcrutat̄ omnia etiā ꝓfunda dei. his alijſqꝫ plurib⁹ rōnib⁹ ⁊ auctībus innitunt̄ qui animā xp̄i aſſerūt nec parē h̄re cū deo ſcientiā nec oīa ſcire q̄ deus ſcit. q2 ſi oīa ſcit q̄ de⁹. ſcit ḡ creare mundū. ſcit etiā creare ſeipam. Caſſio. b j. Cor. ij.

¶ Determinat ſm̄ ſuā opinionem. oſtendens animā chriſti hūiſſe omniſcientiā.

c

Quib⁹ r̄ndentes dicim⁹ animā xp̄i ꝑ ſapientiā gratis datā in v̄bo dei cui vnita eſt (qḋ etiā ꝑfecte intelligit) oīa ſcire q̄ deus ſcit. ſed nō oīa poſſe que poteſt deus. [c] nec ita clare ⁊ ꝑſpicue oīa capit vt deus. et ideo nō eq̄tur creatori ſuo in ſcientia. ⁊ ſi oīa ſciat q̄ ⁊ ip̄e. c Nec eſt eius ſapia eq̄lis ſapientie dei. q2 ſi illa multo ē dignior. digniuſqꝫ ⁊ ꝑfectius oīa capit ꝙ̄ illi⁹ anime ſapientia. ḡ ⁊ in ſcientia maiorē h3 ſufficientiā deus ꝙ̄ anima illa q̄ dignior eſt oīni creatura. Illud v̄o Apl'i qḋ inducūt. Nemo nouit que dei ſunt niſi ſpūs dī qui ſol⁹ ſcrutat̄ oīa. ꝓ nobis facit. Mox ei addidit Apl's. Nos āt ſpm̄ dei hēm̄⁹. vt ꝑ ſpm̄ dei quē hēbat profunda ſe ſcire oſ̄dēt. S3 aīa illa p̄ oīb⁹ ſpm̄ dei habuit. cui ſpūs nō eſt datus ad menſurā vt ait Johēs euāgeliſta Joh. xiij. Dona ḡ ſpūſſcti ſine mēſura hūit. ḡ ⁊ ſapiaꝫ. Oīa ḡ ſciuit aīa illa. Si eīn q̄dā ſciuit q̄daꝫ nō. nō ſine menſura ſciaꝫ hūit. ſ3 ſine mēſura ſciaꝫ hūit. ſcit ḡ oīa. Fulgenti⁹ Fulgenti⁹. etiā in ſermone quodā multa inducit quib⁹ aſſerit aīaꝫ illā rerum omniū ſcientiā h̄re. vtens aucte apl'i dicentis. In quo ſunt oīs theſauri ſap̄ie ⁊ ſcientie abſcōditi. Col. ij. Qḋ etiā rōne pōt ꝓbari ſic. Nihil ſcit aliquis qḋ ei⁹ anima ignorat. Sed xp̄s ſm̄ omniū ꝯceſſionēꝫ oīa ſcit. ḡ anima ei⁹ oīa ſcit. Ad illud v̄o qḋ dicūt. Si omnia ſcit. ḡ ſcit creare mundū vel ſeipſam. R̄ndem⁹ ꝙ ſcientiā h3 mundū creādi. ſed nō potentiā. ⁊ creādi animā. ⁊ ſcit quō de⁹ ſeipm̄ creauit. h3 ergo ſcientiā ſui create ſed nō ſui creāde. q2 nō eſt creāda ſed creata.

¶ Determiat q̄re anima xp̄i nō h3 oīpotentiā ſicut omniſcientiā.

d

Queſtio. R⁹.

Si vo q̃rit̃ q̃re de⁹ nõ dederit ei potẽtiaꝫ faciendi oĩa vt ſciam: Rñderi põt. qꝛ nãliter capax eſt ſcie. ꝛ ideo id ꝯgrue ei datũ eſt ſine menſura cui⁹ ipã nãliter capax ẽ.
d ᵇNon eſt aũt ei datũ poſſe oĩa facere q̃ de⁹ fecit. ne oĩpotens ꝛ ꝑ hoc de⁹ putaret̃. Uerũtñ forte nec potentiam faciẽdi oĩa ei deus ꝑſtare potuit. ꝛ ſi potentiã faciẽdi aliqua q̃ nõ facere põt. Scit ḡ aĩa xp̃i oĩa q̃ deus ſcit in verbo dei. qḋ liquidius et ꝑſentius oĩ creatura ꝯtemplat̃ vt ei vnita. in quo etiam angeli ꝛ que dei ſunt ꝛ que futura ſunt cognoſcunt.

¶ Opponit ꝯtra ſuã determinatões auctẽ Amb. e

Sed ſi illa aĩa nõ hꝫ tantã potentiã quantã ꝛ de⁹. nec hõ aſſumptus tantã potentiã quantã ꝛ deus. quõ ergo intelligit̃ illud Ambroſij ſup Lucã. vbi angelus ḋ naſcituro filio ꝟginis ait. Hic erit magn⁹ et fili⁹ altiſſimi vocabit̃: Non ideo inquit erit magn⁹ ꝙ añ partuꝫ ꝟginis magn⁹ nõ fuerit. ſꝫ qꝛ potentiã quã dei fili⁹ nãliter hꝫ. hõ erat ex tpe accepturus. vt vna ſit ꝑſona homo ꝛ de⁹. Ecce apte dicit. ꝙ hõ erat accepturus ex tpe potentiã quã dei filius habuit nãliter. Sed ſi hõ accepturus erat illã potentiã. ḡ vel ꝑſona vł natura hoĩs. Sꝫ ꝑſona nõ qꝛ ſemꝑ habuit ꝛ hꝫ. ḡ natura. Si natura. ḡ aĩma. Nam de carne ꝯſtat ꝙ accipe nõ poſſet.

Luce.j.

¶ Diſſoluit oppoſitões ꝛ determinatões ſuã multis rationibus adaptat. f

Ad qḋ dicim⁹ illḋ eſſe accipiendũ de ꝑſona ſꝫ nõ inq̃ſtum eſt dei. imo inq̃ſtum eſt ꝑſona hoĩs. Una eſt eniꝫ ꝑſona dei ꝛ hoĩs. ꝛ filij dei ꝛ filij hoĩs. Que inq̃ſtũ dei ꝑſona eſt. ſemꝑ ꝛ nãliter oĩpotentiã habuit. ſꝫ inq̃ſtũ eſt hoĩs. nõ ſemꝑ fuit. Illa ḡ ꝑſona q̃ ſemꝑ fuerat dei. futura erat hoĩs ꝑſona. ꝛ ſm hoc ꝙ futura erat homĩs ꝑſona. acceptura erat ex tpe potentiã quã naturaliter ſemꝑ habuerat inq̃ſtum dei ꝑſona. Scḋm hãc diſtinctionem illud ꝛ ſimilia ſane ꝑñt accipi. Que diſtinctõ in pluribus queſtionũ articlis eſt neceſſaria aduerſus q̃rundam ꝑplexam verboſitatẽ. Sꝫ cũ de rebus ꝯſtat. ĩ verbis fruſtra habet̃ ꝯtrouerſia.

d ᵇNon eſt autẽ ei ó datum poſſe oĩa facere. Hoc videt̃ eẽ falſum. Quia dr̃ math. vltimo. Data eſt mihi oĩs ptãs in celo ꝛ in terra. Item marci.ix. Si potes credere. oĩa poſſibilia ſũt credenti. ḡ ſi poſſibilia ſunt credenti. mł̃to magis poſſibilia ſũt aĩe xp̃i ꝯprehendenti. R⁹. dõm ꝙ eſt potentia impetrandi. et eſt potentia preſidẽdi. ꝛ potentia faciẽdi. Cuꝫ ḡ dicit magiſter ꝙ nõ eſt datum ei ꝛc̃. intelligitur de potentia faciendi. Cum autẽ dicitur Math. vltimo. Data eſt mihi ꝛc̃. intelligit̃ de potentia ꝑſidendi. omnibus eñ que ſub deo ſunt ꝑeſt etiam xp̃s ſm humanam nãm q̃ eſt ſuper angelos exaltata. Cũ aũt dicit̃ Math. vj. Oĩa poſſibilia ſunt credenti. intelligit̃ de potentia impetrandi. fides eñ ſumma impetrare põt oĩa miracula. iuxta illud. j. Cor. xiij. Si habuero fidem ꝛc̃. Et ꝑ hoc patꝫ ꝙ in ꝑdictis nulla eſt ꝯtrarietas ꝛc̃.

AD intelligentiam huius partis incidit hic queſtio circa tria. Primo enim querit̃ de ſcientia quã anima chriſti habuit de verbo. Secundo vo de ſcientia quam anima Chriſti habuit in verbo. Tercio de ſcientia quam anima chriſti habuit a verbo. Circa primum querunt̃ tria. Primuꝫ eſt vtrum anima Chriſti aliam cognitõnem habeat de verbo q̃ ſit ipſum verbum. Scḋm eſt vtrum anima Chriſti in cognoſcendo comprehendat verbum ſibi vnitum. Tercium eſt vtrum anima Chriſti defigat aſpectum in ipſum lumen eternum.

¶ Queſtio.j. a

Utrum anima chriſti cognoſcat verbum cognitõne alia q̃ illa que eſt ipſum verbum. Et ꝙ cognoſcatur verbum ab illa anima ſine alia ſapientia media videtur. quia verbum increatum nõ tñ eſt ſapientia. ſed etiam fons ſapientie. ſicut dicit̃ Ecci. j. Sed ſapientia vnita anime nõ cognoſcit̃ mediante alia. quia ſic eſſet abire in infinitum. Cum ergo verbum qḋ eſt ſapientia ſit anime xp̃i vnitum. videt̃ ꝙ ſeipſo cognoſcat ꝛ non ꝑ aliqueꝫ habitum medium. ¶ Item ad cognitionem nature nihil plus requirit̃ niſi cognoſcens ꝛ cognoſcibile. ꝛ vnio vnius ad alteruꝫ. ſꝫ verbum increatum vnitur ipſi anime chriſti oĩno immediate. ergo videt̃ ꝙ ſicut ſeipſo vnit̃. ita ſeipſo abſqꝫ medio ab anima chriſti cognoſcat̃. ¶ Item eque intimum vel magis eſt verbum vnitum ipſi anime ſicut anima ſibi vel ſicut aliquis habitus qui ſit in anima. ſed anima chriſti cognoſcit ſeipſam ꝑ ſui eſſentiam. cognoſcit etiam habitus qui ſunt in ipſa ſeipſis nõ ꝑ medium. ḡ pari ratõne ꝛ verbum ſibi vnitum. ¶ Iteꝫ natura hũana in xp̃o vnita eſt verbo in vnitatem ꝑſone ꝛ hypoſtaſis. ḡ cuꝫ talis vnio faciat cõ-

municatõnem ydiomatum. codez mõ cognoſcit xp̄s
homo ip̄m verbū increatū quo verbū cognoſcit ſeip
ſum. ſed verbū cognoſcit ſeip̄m nõ p aliquem habi-
tum mediū. g̃ ⁊ xp̄s homo. ſed nihil ſcit xp̄s niſi q̄tū
ad animā ſm humanā naturaz. g̃ anima xp̄i cog̃ſcit
ip̄m verbū p ſapientiā q̄ eſt verbuz. ¶ Sz 9tra. Sa-
pientia ſiue cognitio eſt pfectõ intellect⁹ ⁊ illud quo
intellectus cognoſcit formaliter. ſ verbū increatum
nõ põt vniri anime ſicut pfectio pfectibili. g̃ neceſſe
eſt q p̄ter ſapiam que eſt ip̄m verbū. anima xp̄i ha-
beat habitū creatum. ſiue ad cognoſcendū verbū ſi-
ue aliud. ¶ Item deus eſt intim⁹ om̄i aie ⁊ p̄ſentiſſi
mus. nõ tamen ab omnibus videt̃ ſ ſolū a beatꝭ. hoc
aūt nõ eſt ꝓpter diuerſitatem a parte cogniti. g̃ ꝓpter
diuerſitatē a parte cognoſcentis. ergo ſi hoc eſt p ali
quid eis datū. videt̃ g̃ q ad hoc q anima cognoſcat
deum neceſſe ſit aliqd̄ lumen creatū ei infundi qd̄ ſit
in vna ⁊ nõ in alia. g̃ videt̃ q anima xp̄i verbum ſi-
bi vnitum cognoſcat per alicuius creati luminis ad-
miniculū. ¶ Item q̄uis verbum increatum ſit vni-
tum oculo xp̄i ⁊ omnibus ptibus corpis. nõ tamē co-
gnoſcitur ab oculo. ⁊ hoc q2 non eſt in eo diſpoſitio
ad cognoſcenduz rem ſpūalem. g̃ pari ratõne quan-
tumcūq3 verbū increatum vniat̃ anime xp̄i. niſi ani-
ma ſit diſpoſita ad videndū deum p lumen qd̄ ip̄am
faciat deiformē. nunq̄ ip̄m intuebit̃. g̃ videt̃ q ver-
bum increatum cognoſcat p habitum medium.
¶ Item quāto deus clarius videt̃. tanto neceſſe eſt
oculū eſſe magis diſpoſitum. Sed anima xp̄i clariſſi
me ſup om̄s creaturas videt verbū ſibi vnitū. g̃ ne-
ceſſe eſt intellectū eius eē maxime diſpoſitū ad hoc.
ſed nõ poteſt ad hoc diſponi niſi p aliquem habituz
7 medium. g̃ ⁊c̃. ¶ R̄. ad p̄dictoruz intelligentiam eſt
notandū q cum querit̃. vtrum cognitio qua aīa xp̄i
cognoſcit verbū ſibi vnitum ſit ip̄m verbum an ali-
quid creatum. Si intelligat̃ de cognitõe actu. abſq3
dubio certū eſt q eſt alia. q2 hoc cepit eſſe. ⁊ eſt actus
anime. ⁊ ab anima. Verbū aūt eſt eternū. ⁊ non ē ab
anima ſed a deo. Si aūt cognitio dicat̃ quo median-
te cognoſcimus. ſic fuit diuerſitas opinantiū. Qui-
dam em̄ voluerūt dicere q nõ ſolum in xp̄o. verum
etiaz in om̄ibus alijs beatis ſapiētia qua cognoſcūt
deum eſt ſapientia eterna. ⁊ illi etiam ponūt q dile-
ctio illa qua deum diligūt ſancti ⁊ beati ſit ipſe ſpiri-
tuſſanctus. Pro incõuenienti em̄ habēt q illa ſapi-
entia vel dilectio ſit accidēs et nõ ſubſtantia cum ſit
nobilior anima. ¶ Item pro inconuenienti habent
q illa ſapientia et dilectio faciat animam cognoſce-
re ⁊ amare. ⁊ ipſa nõ cognoſcat et amet. cum nobili-
or ſit res cognoſcens nõ cognoſcente. Pro incõueni
enti etiam habent q beatitudo noſtra que eſt bonū
ſupremū 9ſiſtat in accidentib⁹. Sed ad hec om̄ia ſu
pra riſum eſt libro primo di. xvij. ⁊ ſcđo di. xxvj. hec
etiam poſitio improbata eſt. vñ ⁊ 9munis opinio te
net 9trarium. Ponimus em̄ ſapientiā creatam que
eſt habitus. ⁊ dilectõnem creatam. ⁊ gratiaz creatā.
⁊ etiam ceteras virtutes. Valde em̄ abſurdum eſſet
dicere q fides eſſet deus. ⁊ ſpes. ⁊ ſic de alijs virtuti-
bus. niſi hoc cauſaliter diceret̃. ideo hec poſitio inter
poſitõnes extraneas numeranda eſt p eo q nimiuz
recedit a via 9muni. Et iõ alij voluerūt dicē q q̄uis
alij hoīes cognoſcāt verbū increatū mediante habi-
tu cognitionis create. ⁊ xp̄us q̄tum ad ſciam 9pre-
henſionis cõmunicat cum alijs hominibus. tamen
q̄tum ad ſciam vnionis cum hēat ip̄m verbum ſibi
intime vnitum. cognoſcit abſq3 om̄i alio habitu me-
dio. Cum em̄ habeat ſapientiā increatā ſibi vnitaz.
nõ p medium ſed p ſeip̄am cognoſcere põt ſeipſa. et
hoc eſt ſolius illi⁹ anime ꝓprium que a verbo eſt aſ-
ſumpta. Sola em̄ hunc modū cognitionis habet. ſi-
cut in ea ſola reperit̃ excellentia talis vnionis. Licet
illud videat̃ magis ꝓbabile q̄3 p̄dictū. tñ hoc a veri-
tate deuiat ſi q̄s intueat̃. verbū em̄ non vnit̃ aie xp̄i
in illa beata vnione ſicut cognoſcibile cognoſcēti. vl
ſicut habitus potentie. vel pfectõ pfectibili. ſ ē vnio
vnitate pſone que põt eſſe abſq3 cognitõne. ſicut p3
in carne xp̄i. que vnita eſt verbo. ⁊ tñ ip̄m nõ cogno-
ſcit. Aliū g̃ modū vnionis neceſſe eſt eſſe ad h̄ q aia
cog̃ſcat verbū ſibi vnitū in vnitate pſone. hoc autez
eſt p aſſilatõez cog̃ſcentis ad cognitū. ⁊ ita p aliquā
influentiā q̄ ip̄am aīam cognoſcentē faciat deo ſilez
ac deiforme. ⁊ ita p aliquē habitū ip̄aʒ aīaʒ informā
tem. q̄ quidē habit⁹ nõ põt eſſe niſi aliquid creatum.
Nam qđ increatuz nõ põt eſſe vt forma ipſi⁹ aie. Et
ꝓpterea dicere optet tercio mõ q aia xp̄i ſicut et aie
alioꝝ ſanctoꝝ verbū increatū cognoſcit p ſapiaʒ cre
atā. q̄ diſponit ipſaꝝ aiaꝝ potētias cognitiuas. ⁊ cõ-
formes reddit vt illud lumen eternū cog̃ſcāt. nec ali-
ter põt intelligi. Quõ em̄ põt aia lumen eternū cog̃-
ſcere. ⁊ claritatē ſummā intueri. q̄n ipſa efficiat̃ cla-
ra ⁊ lumioſa. Aia aūt xp̄i q2 eſt a v̄bo aſſumpta. ma-
iorem h3 deiformitatē. ac p h̄ pfectiorē ⁊ eminentio-
rem cognitõez q̄3 aliq̄ aia beā p gloriā. vñ nõ eſt itel-
ligendū q ſcia vnionis diſtiguat̃ a ſcia 9phenſionis
q̄ſi nõ ſit p aliquē habitū mediuz. ſ q2 excellentior et
amplior deiformitas et claritas collata eſt aie xp̄i ex
hoc q v̄bo vnita eſt q̄3 ex h̄ q ſimplr̄ eſt beata. Ergo
cõcedende ſunt rõnes ꝓbantes q aia xp̄i cognoſcat
verbū cognitõne aliq̄ formalr̄. q̄ inquā nõ eſt ipſum
verbū. ſ gr̄a effect⁹ v̄bi. quā verbū facit in aia xp̄i be-
atiſſima. ¶ Ad illđ g̃ qđ p̄ obijcit̃ in cõtrariū q ip̄m 8
verbū eſt ſapia. ⁊ ſapia cognoſcit̃ ſeipſa. dōm q ip̄m
verbū eſt ſapia q̄ cetera cognoſcunt̃. tā ipſum v̄buz
q̄ ea que ſunt ab ipſo. Sz attendendū eſt q ille ab-
latiu⁹ põt 9ſtrui formaliter vel cauſaliter. Si forma
liter. ſic ſapientia eterna eſt ſibi ip̄i rõ cognoſcēdi. Si
cāliter. ſic om̄ia cognoſcunt̃ ipſa. q2 facit cetera cog̃-
ſci. Formaliter aūt nõ põt intelligi. q2 nõ põt eē for-
ma cognoſcentis creati niſi dicat̃ forma exemplarꝭ.
Et q̄m om̄is actus cog̃ſcendi pfect⁹ eſt a ſapia. non
tñ effectiue. ſed ſicut a forma pficiente ip̄am ſubam
cognoſcentē. hinc eſt q ad cognoſcenduz fontē ſapi-
entie requirit̃ ſapia q̄ de illo fonte diriuat̃. Nec ē p-
cedere in infinituz. q2 ibi eſt ſtat⁹. ſ. in ſapia vel ſcia q̄
eſt forma ⁊ hitus aie. ¶ Ad illud qđ obijcit̃ q ibi eſt 9
cognoſcens. ⁊ cognoſcibile. ⁊ vnio. dōm q nõ queců
q3 vnio cognoſcentis ad cognoſcibile ſufficit ad co-
gnitõez. imo requirit̃ q vniant̃ p modum cognoſcē-
tis. Sicut em̄ in opponendo monſtratum eſt. deus
eſt in omibus eſſentialiter ⁊ intim⁹ omnibus. et tñ a
paucis cognoſcit̃. ⁊ ideo q̄uis verbū increatū ſit aie
vnitum. non tñ cognoſcit̃ per hoc qđ vnitur in vni-
tatem pſone. ſed p hoc q intellectus anime ſibi vni-
te efficitur ei conformis per influentiaz luminis. Ne-
ceſſe eſt em̄ intellectum aliquo modo formari et in-
formari ab ipſo ad hoc q ipſum cognoſcat. Ad il- 10
lud qđ obijcit̃ de aia ⁊ ſcientia q ſeip̄is cognoſcunt̃.
⁊ illa que eſſentialiter ſunt in anima. dōm q aia nõ

videꝛ cognoſci ſeipſa q꞉ ipſa ſit ſciētia qua cognoſcit ſe.
ſ ſeipſa cognoſcit. qm̄ ipſa eſt vnita potētie cognoſcē-
ti in q̄ꝛtū eſt cognoſcēs. De ſapiētia aūt increata ſec⁹
eſt. tum q꞉ ipſa ē ſupra animā cognoſcentē. ⁊ iō opor-
tet eleuari ꝑ gratiā. tū etiā q꞉ talis vnio nō ſufficit ni-
11 ſi alius mod⁹ vnionis cōcurrat. ¶ Ad illud qđ obij-
ciꝛ de cōicatione idiomatū. dicendū ꝙ verū eſt ꝙ ille
hō cognoſcit verbū ſapiā increata. ſ q̄uis idiomata
cōicent̄ illi homi. nō tn̄ cōicant̄ aie xp̄i. Nos aūt nō
q̄rim⁹ de cognitiōe que daꝛ illi homi ꝑ idiomatū cō-
municatōꝫ. ſ q̄ cōpetit ſm naturā aie a v̄bo aſſūpte.

¶ Queſtio. ij. b

¶ Utrū aīa xp̄i in cognoſcendo cōprehendat ipſum
verbū ſibi vnitum. Et ꝙ ſic videꝛ ꝑmo ꝑ autoritatē
apl̄i. Colo. ij. in quo plenitudo diuinitatis corꝑaliter
inhabitat. loquiꝛ de xp̄o. ſ ita cognoſcit aīa xp̄i v̄bū
ſibi vnitū ſicut habitat in ea. cognoſcit ḡ omnē pleni-
tudinē eius. ⁊ h̄ nō ē aliud q̄ꝫ cōprehēdere. ergo ⁊c.
¶ Item hoc ipm̄ dicit Dam̄. de incarnatiōe v̄bi dei.
Aim⁹ omnē naturā diuinitatis in vna ſuaꝝ hypoſta-
ſeon incarnatā eſſe. ḡ totū dei verbū vnitū eſt hūane
nature in xp̄o. ſed eo mō natū eſt ab aīa xp̄i cognoſci.
ꝑ quē modū potuit vniri. ergo ſi totū potuit vniri. vi-
deꝛ ꝙ etiā in totū habeat cognoſci. ſ hoc eſt cōprehē-
di. ergo ⁊c. ¶ Itē Iſidorus de trini. Trinitas ſibi ſo-
li nota eſt ⁊ homi aſſumpto. aut ḡ loquiꝛ de noticia
qualiſcūqꝫ viſiōis. aut ꝑfecte cōprehēſionis. ergo ⁊c.
¶ Itē ſimplex cū attingiꝛ. totū attingiꝛ. ꝓ eo ꝙ nō
habet partē ⁊ partē. Si ḡ verbū increatū eſt ſimpli-
ciſſimū. videꝛ ꝙ totuꝫ ⁊ totalit̄ ab aīa xp̄i attingaꝛ. ſi
aliquo mō attingiꝛ. ſ attingiꝛ aliquo mō. ḡ cōprehē-
diꝛ. Si tu dicas ꝙ nō valet. q꞉ infinitū eſt. ⁊ iō incō-
ꝑhenſibile. Contra. ſicut vere eſt infinitū. ita vere eſt
ſimplex illud verbum eternū. ergo ſicut poniꝛ incō-
ꝑhenſibile ratōne imenſitatis. ita deberet comprehē-
di rōne ſimplicitatis. ¶ Item aīa xp̄i cognoſcit ipm̄
v̄bū. aut ḡ aliq̄d eſt de claritate ⁊ veritate ⁊ pulchri-
tudine qđ nō cognoſcat. aut nihil. Si aliq̄d. ergo in
deo eſt aliquid a chriſto cognitū ⁊ aliquid incognitū.
ergo aliquid ⁊ aliquid. ⁊ ita ps ⁊ ps. qđ nō eſt intelli-
gibile. Si nihil eſt oīno qđ non cognoſcat. q꞉ totū eſt
ideꝫ ibi. videꝛ ꝙ totaliter intra ſuā cognitionē deum
claudat. ⁊ hoc eſt deū cōprehēdere. ergo ⁊c. ¶ Iteꝫ ſi
anima xp̄i nō cognoſcit ipm̄ verbū in tota ſua pleni-
tudine. adhuc deficit a cognoſcēdo de verbo aliq̄d co-
gnoſcibile. ergo potēs eſt in cognitiōe illa ꝓficere. ḡ
cū deſideret deū ꝑfecte noſcere. videꝛ ꝙ deſideriū ani-
me xp̄i nō ſit impletū. ⁊ ꝙ ipſa nō ꝑuenerit ad beati-
tudinis ſtatū ꝑfectū. ¶ Item ille ſolus eſt beat⁹ qui
cōprehendit qđ nos credim⁹ ⁊ ſperam⁹. ſed nos cre-
dimus ipſaꝫ verbi imenſitatem. ſi ergo xp̄s eſt ⁊ fuit
beatus. videꝛ ꝙ ipſam imenſitatē verbi cōprehendat.
¶ Sed cōtra. Dam̄. hoc ſolū intelligiꝛ de deo ꝙ incō-
ꝑhenſibilis eſt. Sed ſi anima chriſti ipm̄ cōprehende-
ret. intelligeret ipm̄ nō incōprehenſibilē. ſed cōprehē-
ſibilem. Si ergo hoc a nemine pōt intelligi. nō poteſt
verbū increatū ab anima chriſti cōprehendi. ¶ Iteꝫ
Aug⁹. de videndo deo. Illud cōprehendiꝛ cui⁹ fines
circūſcribi poſſunt. ſed fines diuine imēſitat̄ a nul-
lo circūſcribi poſſunt. ergo deus a nulla aīa pōt com-
prehēdi. ¶ Itē omne qđ cōprehēdiꝛ eſt finitū com-
prehendēti. ḡ qđ cōprehēdiꝛ a finito eſt ei finitum. ⁊
nihil eſt finitū finito. niſi qđ eſt finitū ſimplicit̄. ſ de⁹
eſt infinitus ſimplicit̄. aīa xp̄i cuꝫ ſit creatura eſt fini-
tꝫ. ergo nō poteſt cōprehendere imenſitatē verbi ſibi
vniti. ¶ Item qđ cōprehēdit alterū eſt magis illo vel
ſaltē ei equaꝛ. alioq̄n ipm̄ claudere intra ſe nō poſſꝫ.
ſed impoſſibile eſt creaturā nec ꝑ vnionē nec ꝑ aliuꝫ
modū equari creatori. ergo impoſſibile eſt ꝙ cōprehē-
dat creatorē. ergo aīa chriſti verbū ſibi vnitū nō com-
prehēdit. his eiſdem rōnibus oſtendi poteſt ꝙ nulla
aīa. ¶ Item verbū increatū ſic eſt vnitū aie chriſti ꝙ
poſſet vniri alteri. ſic habitat in ipſa ꝙ i multis alijs.
ergo ſic eſt i aīa ſibi vnita ꝙ etiā eſt extra. cū ſit vbiqꝫ
ergo ſemꝑ excedit ipſaꝫ animā aſſumptā. ergo ſi tan-
tū vel plus eſt extra q̄ꝫ intra. videꝛ ꝙ anima xp̄i non
includat ipm̄. ac ꝑ hoc nō cōprehēdat. ¶ Iteꝫ ſi aīa
chriſti poſſet verbū increatū cōprehēdere. poſſet per
ꝯſequēs aliquid maius cogitare. omniū eīn cui⁹ ter-
minos cognoſcim⁹. poſſum⁹ itelligere aliquid addi.
ſed deus ē quo maius cogitari nō pōt. vt dicit Anſ.
ergo verbū vnitū aie chriſti ſi cōprehēdereꝛ ab ipſa n̄
eſſet deus. ſ eſt deus. ergo nō cōprehendiꝛ. ¶ R̄ ad 12
ꝑdictoꝝ intelligentiā eſt notandū ꝙ aliqui dicere vo-
luerūt ꝙ verbū increatū ⁊ ipſe deus nō ſolum ab aīa
chriſti. ſed etiā ab alijs aīabus beatis habet cōprehē-
di ⁊ aliquo mō eſt cōprehēſibilis. Cōprehēdi eīn ha-
bet q̄ꝛtum ad eſſentiā vt dixerūt que eſt finita. ⁊ ideo
finita. q꞉ in ſeipſa ſimplex ⁊ ꝑfecta. Diciꝛ auteꝫ et eſt
incōprehēſibile q̄ꝛtum ad potentiā que reſpicit infi-
nita. Nunq̄ꝫ eīn pōt in tot q̄n in plura. Et ꝑ hoc diſ-
ſoluere voluerūt autoritates ſanctoꝝ in ſcriptura q̄
vident̄ repugnare inuicē. Aliq̄n eīn diciꝛ ꝙ deus eſt
incōprehēſibilis. Aliq̄n diciꝛ ꝙ beati habēt cognitio-
nem cōprehēſiōis ⁊ reſpectu cōprehēſionis. Sed iſte
mod⁹ dicēdi in ꝑmo libro improbat⁹ fuit. q꞉ impoſ-
ſibile eſt ꝙ potētia excedit eſſentiā. Uñ impoſſibile ē
potentiā eſſe ſimplicit̄ infinitā. ſuba ⁊ eſſentia exiſtē-
te finita. Et ibidē magiſter oſtēdit ꝙ diuinū eſſe non
ſolū in relatiōe ad eos ſ etiā in ſeipſo habet imenſita-
tem. ⁊ ideo iſte modus dicendi ſtare nō pōt. ⁊ q̄ hoc
ꝑmo dixit poſtmodū retractauit. Alij v̄o dicere vo-
luerūt ꝙ aīa xp̄i etſi ſit finita. tamē ob gratiā vniōis
ſublimaꝛ ad aliquid infinitū. habet eīn aliquid qđ ē
ſupra omnē creature gradū. ⁊ quo nihil pōt cogitari
excellētius. ⁊ ex illa ꝑte poteſt cōprehendere verbum
ſibi vnitū. Et hoc eſt etiā ipſius ſolius ꝓpriū. ⁊ ꝓ tan-
to dicunt dixiſſe Iſidoꝝ ꝙ trinitas nota eſt ſibi ſoli
⁊ homini aſſumpto. Sed nec illud ſtare pōt. q꞉ q̄uis
gr̄a vnionis dicat aliquid infinitū rōne alteri⁹ extre-
mi. tamē rōne aie vnite ſemꝑ dicit quid finitū. ⁊ tem
virtut̄ finite. qm̄ anima chriſti manet intra termios
creature. Et ſi eſt virtutis finite. quō poteſt imenſita-
tem cōprehendere rei oīno infinite ⁊ excedentis eam
in infinitū. Et ꝓpterea eſt tercius modus cōmunioꝛ
probabilioꝛ ⁊ certioꝛ ꝙ nec anima chriſti nec aliqua
creatura cōprehendere poteſt imenſitatem verbi in-
creati ſiue ipſius dei. ⁊ tamē ipm̄ totuꝫ cognoſcit. Et
poſſunt iſta duo ſimul ſtare. imo neceſſe eſt ponere.
q̄uis difficile ſit intellectui noſtro capere. Si enim
vere ponimus deum ſimplicem. imo quia neceſſariū
eſt ſic credere ⁊ ponere. ſi cognoſciꝛ. iaꝫ nō ſm partē
⁊ partē. ſed totus cognoſciꝛ. Rurſus. ſi deum poni-
mus imenſum. quia hoc credim⁹ ⁊ fatemur. neceſſe
eſt ponere ꝙ nunq̄ꝫ ab intellectu finito cōprehendiꝛ
totaliter. ⁊ ſic deus a quacūqꝫ creatura ipſuꝫ cogno-
ſcente totus cognoſciꝛ. ſed tamē nō totaliter. Si aūt
queraꝛ quomō illud poſſet intelligi. dicēdū ꝙ diffi-

cilliműſ eſt intelligere. q2 plus repitur in creaturis de
diſſimilitudine ꝙ de ſimilitudine. Intelligam⁹ tamē
gratia exempli aliquez oculum cui⁹ aſpectus non ſit
oino clarus. ꝛ intelligam⁹ aliqd paruű album tamē
inteſum in luminoſitate ꝛ claritate coloris. ocul⁹ ille
videbit illud album totű. tamē eminentiā illius albe
dinis nő cőprehendit. Sic ſuo mő in ꝓpoſito intelli-
gendű eſt. Sed nő modica eſt hic diſſimilitudo. quia
in illo albo qualitas differt a claritate. in deo autē eſt
oino idem. Et ideo aliud exemplű conſueuit poni in
puncto. qui ratiőe ſue ſimplicitatis totus attingit ab
vna linea. nő tamē cőprehendit. q2 pőt infinitas line
as terminare. Sed nec adhuc eſt illud ſimile. quia in
puncto aliud eſt virtus. aliud eſſentia. nő ſic eſt i deo
in quo eſt oino idem. Et ideo terciű exemplű ponen-
dű eſt in ſubſtātia ſpűali que eſt imago dei. quia ipſa
tota eſt in vna pte corpis. ꝛ tamē in illa non diffinit.
q2 ratione ſue ſimplicitatis ſic eſt tota in illa. ꝙ tota
extra illam in pte altera. Sic ꝛ deus in vna creatura
totus. ꝛ totus extra. Per hűc etiā modű oportet in-
telligere circa potentiā intellectiuaz. ſed hoc melius
intelligit ratiocinatiőe ꝙ exemploꝝ ſuppoſitőne. Si
quis eni videt ꝙ in deo ſimplicitas nő opponit infi-
nitati. videre pőt quő deus pőt cognoſci totus. et tñ
13 non comphendi. Propter qđ nota ꝙ infinituz acci-
pitur ſcḋm quātitatē vt dicit phus. Aug⁹. autē dicit ꝙ
eſt quātitas molis ꝛ quātitas virtutis. ꝛ ita ſcḋm vtrā-
qꝫ pőt accipi infinitű. ſed differēter. Qm enim quāti-
tas molis eſt pticipabilis ꝛ ſup pticipabile fundata.
ideo infinitű ſcḋm hanc quātitatē oppoſitionez habet
ad ſimplex. ꝛ impoſſibile eſt ꝙ aliqđ idem ꝛ ſcḋm idez
ſit ſimplex ꝛ infinitű. Qm vo quātitas virtutis repi-
tur in ſimplicib⁹. imo quāto aliqđ ſimplici⁹ tanto po
tentius. hinc eſt ꝙ infinitum ſcḋm hanc non repugnat
ſimplici. imo neceſſario ſequit ꝙ ſi aliquid eſt ſimpli-
ciſſimű. ꝙ aliqđ ſit infinitiſſimű. Clare ergo pőt vide
ri ꝙ in deo ſcḋm idem pőt eſſe ſumma ſimplicitas ꝛ ſű
ma infinitas. ꝛ ideo vera eſt pdicta poſitio ꝙ de⁹ to-
tus videt ſed tamē nő cőprehēdit ab aliqua creatu-
ra. nec vnita. nec ſepata. Et cőcedende ſunt rationes
ad partē iſtā. Ad illud qđ obijcit ꝙ plenitudo di-
14 uinitatis habitat in xpo. ꝛ de Dam. ꝙ tota eſt incar-
nata. Dicendű ꝙ aplus in illo verbo vult oſtendere
pſonalem vnionē que eſt in xpo ꝛ in nullo alio. quia
pſona diuina plena ꝛ pfecta. nő ſolum anime ſ3 etiaz
corpi chriſti fuit vnita. Et dam. hoc ipm vult dicere.
Per hoc ꝙ dicit omnē intelligit diuinā naturā vt p-
fectā. ex hoc tamē nő poteſt inferri cognitio cőprehē-
ſionis. q2 ſicut tactű eſt in illa plenitudine eſt ſimpli-
citas ratőne cui⁹ poteſt habitare ꝛ vniri rei finite. eſt
nihilomin⁹ ꝛ infinitas rőne cui⁹ neceſſario habet ex
cedere ꝛ impoſſibile eſt cőprehēdi. Et ſic patet ꝙ illđ
ꝓcedit ex inſufficiēti. plus eni dicit cőprehēſio ꝙ co-
gnitio plenitudinis vel pfectionis. Supra eni cogni-
tionē addit incluſionē ſiue cőterminationē vel cőmen
ſurationē quodā mő dicendi. Ad illud qđ obijcit
15 de Iſidoro ꝙ trinitas nota eſt ſibi ſoli ꝛ homi aſſum
pto. Dicendű ꝙ nő vult excludere omnē cognitőez.
ſed pfectā cognitionē dei attribuere ſibiipſi ꝛ nature
aſſumpte. Ipſi nāqꝫ trinitati attribuit pfectā cogni-
tionē ſimpliciter. ſed homi aſſumpto in genere crea-
ture. Illa eni aia creata inter ceteras creaturas co-
gnoſcit limpidiſſime ꝛ ita perfecte ſicut vnqꝫ potuit
capere. Unde ꝓpter familiariſſimā cognitionē quam
habet illa anima inter creaturas dicit Iſidorus ꝙ ei
ſoli nota eſt trinitas. magis p autoritatē loquēs ꝙ p
pciſionem. Ad illud quod obijcit ꝙ ſimplex totű 16
attingit. dicendű ꝙ verű eſt ſcḋm totű ſed nő ſcḋm ptes
ꝛ partez. in ſimplici eni non eſt dicere totum niſi per
puationem compoſitiőis partiű. Sed ex hoc non ſe-
quit ꝙ cőprehendat. q2 ſicut dictű eſt ſimul cum ſim
plicitate ſtat infinitas. que nő patit aliquid dei oino
videri pfecte a creatura. Nec valet qđ obijcit ꝙ ita
deberet dici cőprehenſibile ꝓpter ſimplicitatem. ſicut
incőprehenſibile ꝓpter imenſitatem. nam ad imenſi-
tatem de neceſſitate ſequit incőprehēſibilitas de ipſa
nomis ratiőe pmaria. ad ſimplicitatē nő. Tanta eni
poteſt eſſe ſimplicitas. ꝙ nedű ipſa faciat cőprehen-
di. imo ꝓpter ſuam excellentiā reddat incőprehenſi-
bilē. Ad illud qđ obijcit ꝙ aliquid latet de deo ꝛc. 17
Dicendű ꝙ nő eſt intelligendű in deo ſicut intelligit
in aliqua re compoſita. cui⁹ vna pars nő apparet ꝛ
alia manifeſtat. qm diuina eſſentia non eſt aliquid ꝛ
aliquid. ſed eſt aliqđ vnű qđ equiualet infinitis. Un
quicqđ illud ſit qđ anima de deo videt. ſic illud videt
ꝙ tamē cőprehendere nő poteſt. vnde idez ipm latet
ꝛ patet. patet quidē ad intuendű. ſed latet ad cőpre-
hendenduz. Sicut ſi querat cum deus eſt in lapide.
eſt ne aliquid dei extra lapidem ꝛ aliquid intra. Di-
cendum ꝙ non eſt ſcḋm aliquid ſui extra. ꝛ nec ſcḋm ali-
quid ſui intra. ſed totus intra ꝛ totus extra. ſic et in
ꝓpoſito intelligere oportet. Ad illud qđ obijcit ꝙ 18
ſi non cőprehendat adhuc pőt ꝓficere in cognitőne
dei. Dicendű ꝙ illud nő ſequit. ꝓ eo ꝙ ſtatus eſt in
ꝓfectu cognitionis. Aliqñ ex pte rei comphenſe. que
nő poteſt melius cognoſci. Aliqñ ex pte cőprehendē
tis qui nő eſt natus melius cognoſcere. ꝛ ſic eſt ſtat⁹
in chriſto ꝛ in alijs beatis. Sed aliter in chriſto ꝙ in
alijs. q2 chriſtus ita pfecte cognoſcit ſicut vnqꝫ cape
potuit. ſed alij ſancti ita pfecte ſicut diſpoſiti fuerunt
p merita gratie. nec poſſunt vltra ꝓficere. q2 nő ſunt
in ſtatu merendi. nec vltra deſiderare amplius habe-
re ꝙ habeant ꝓpter illius ſummi boni ſufficientiā et
affectionē ordinatā. ſcḋm ſumme iuſticie regulā ꝛ librā
ſed quieſcűt quiete pfecta. quia tenēt eum quem de-
ſiderabāt. Ad illud qđ obijcit vltimo de cőprehē- 19
ſione. Dicendű ꝙ cőprehendere dicit tripliciter. Uno
mő idem ꝙ charitate adherere. Et ſic accipit Bern.
ꝛ Aug. ſi ſanctus es. cőprehendiſti. Alio mő eſt idem
qđ clare videre ꝛ pfecte amare. ſicut ad Phil. iij. Si
quo mő cőprehendā in quo cőprehenſus ſum. Ter-
cio mő comphendere eſt idem ꝙ terminos rei claude-
re. ſic deus eſt incőprehenſibilis. Cum ergo dicitur ꝙ
ſancti ſunt cőprehenſores in patria. ꝛ ꝙ chriſtus fuit
cőprehenſor. dicendű ꝙ medio modo accipit. ꝛ ſic ha
bet veritatem. nam chriſtus videt dei imenſitatem.
nec tenet hoc fide ſed certiſſima cognitione. hic enim
nouit deű imenſum. Et ſi tu queras. vtrum poſitiue
vel puatiue. dicendum ꝙ quodāmő poſitiue. quodā
modo puatiue. Poſitiue quātum ſe extendit capa-
citas ſue intelligentie. Priuatiue deinceps. Admira
tur enim illam ſummā ꝓfunditatem imenſitatis di-
uine ſicut dicit ꝓpheta. Mirabilis facta eſt ſcientia
tua ex me. confortata eſt et non potero ad eam. et ſic
patet totum.

Queſtio. iij.

Utrű anima chriſti in cognoſcendo deum. defigat
aſpectű in ipm lumen eternű an in aliqđ citra ipm.

Et ꝙ nō videat ipſum fontē lumis videt̄.i. Thi.vj.
Lucē habitat inacceſſibilē quā nullus hominū vidit
ſed nec videre poteſt.ergo chriſtus ſm̄ ꝙ homo nūꝗ̄
deū i ſua luce vidit nec videre potuit. ¶ Itē.i. Ioh.
iiij. Deū nemo vidit vnꝗ̄. Sup illū locū dicit Criſo.
Solus filius eum vidit ⁊ ſpūſſanctꝰ. qui aūt creabi-
lis eſt nature.qualiter videre pōt increabilē. Si ergo
anima chriſti nec eſt filius nec ſpūſſanctꝰ. ſed magis
creatura.nō videt̄ ꝙ illā lucē videat in ſeipā. ¶ Itē
quātū diſtat finitū ab infinito. tantū diſtat creatura
a creatore.ſed ꝓpter infinitā diſtantiā.nulla virtus fi
nita poteſt cognoſcere deū vt imenſum.ergo pari ra-
tione ꝓpter infinitā diſtantiā nulla virtus creata po
terit cognoſcere ⁊ videre lumen increatū ꝑ ſeipſum.
¶ Item ſicut ad cognitionē cōprehēſiōis requirit̄
cōmenſuratio quedam.ita ad cognitionē a pte viſio-
nis requirit̄ aſſimilatio cōgrua.ſed que in nullo con-
ueniūt nō poſſunt aſſimilari. ergo creator nō poteſt
a creatura in ſeipō videri.cum nihil habeāt cōmune.
¶ Itē multo plus excedit claritas diuine lucis ocu-
lum aie chriſti.ꝙ̄ ſol excedat claritatē oculi materia-
lis.ſed oculus noſter materialis nō poteſt intueri lu-
men corpale in fonte ꝓpter excellentiā.ergo nec intel
lectus chriſti. ¶ Itē fons eterni lumis in ſeipō eſt in-
finitus ⁊ imenſus.ſed finitū non poteſt ſup infinitū.
ergo cū virtus aie xp̄i ſit finita.nō poterit actus eius
ſe ꝓtendere vſq; ad ipm̄.ergo nō poterit ipm̄ cogno
ſcere in ſeipō.ergo videt̄ ꝙ nec anima chriſti nec alia
anima cognoſcat deū in claritate ſua. ¶ Sed cōtra.
ſup illud.ij. Cor.iij. Nos reuelata facie. glo. Chriſtꝰ ē
imago patris eadem cū illo in quē tendimꝰ. ſcȝ vt cū
in eſſentia videamꝰ. Si ergo xp̄i anima hȝ ad qḋ ni-
timur ꝑuenire.ergo deū videt in ſuba ⁊ natura. Itē
plus eſt vniri alicui in vnitatē pſone. ꝙ̄ in vnionem
facientē cognitionē. Sed anima xp̄i verbo eterno im
mediate vnita eſt in vnitatē pſone.ergo multo fortiꝰ
ipi veritati ⁊ luci verbi vnit̄ ꝑ cognitionē ipius in ſe.
ergo ſine aliquo medio deū videt. ¶ Item in cogni-
tione cōcluſionū nō eſt quies ſed ſolum in cognitiōe
pncipiorū.⁊ ratio huiꝰ eſt.q2 anima cognoſcit cōclu-
ſiones ꝑ mediū.pncipia vō cognoſcit ſine medio. Si
ergo aia chriſti cognoſcit deū mediāte aliquo.ergo ñ
quieſcit in cognitiōe dei.⁊ ſi nō quieſcit in deo.cū deꝰ
ſit finis vltimꝰ.nō eſt beata. Si ergo beata eſt.neceſ-
ſario ſequit̄ ꝙ cognoſcat diuinā lucem in ſeipā. pari
ratiōe ⁊ omnis aia beata. ¶ Itē intellectꝰ cōprehen
ſoris tantū eleuat̄ quantū affectus.ꝙ̄uis cecus ſit in
via ꝓpter cecitatē ignorantie. Sed xp̄s fuit pfectiſſi-
mus cōprehenſor. Cū ergo ipſe diligeret ſummā dei
bonitatē in ſeipā omi affectu circūſcripto.pari rōne
lucē ⁊ veritatē in ſeipō videbat abſq; medio. ¶ Itē
aut imediate videt aut ꝑ mediū. Si imediate.habeo
ꝓpoſitū. Si ꝑ mediū. aut per mediū ꝓportionale.aut
iproportionale. Si ꝑ mediū improportiōale.ergo po
tius impedit̄ ꝙ̄ iuuet̄. Si ꝑ mediū ꝓportionale.con
tra.aut eſt creatū aut increatū. Increatū nō.q2 illud
eſt vnū ſolum. Si creatū.ergo creatura pōt eſſe ꝓpor
tionabilis creatori. ⁊ ſi hoc.cuȝ nihil aliud impediat
ꝗn creatura poſſit videre deū in ſua ſubſtātia.reſtat
ꝙ anima chriſti ſic eū vidē poterat ⁊ videbat. ¶ Itē
ſi ꝑ mediū. aut illud eſt ſupius anima xp̄i beata aut
inferius. Si inferius.ergo imediatior eſt aia xp̄i deo
ꝙ̄ ſit illḋ qḋ tu dicis mediū.ergo illo circūſcripto me
lius videbit deū. Si ſupius.ergo aliquid eſt excellen

tius natura hūane mētis in chriſto. Sed hoc eſt im-
poſſibile.q2 omnia ſunt ſubiecta pedibꝰ eius. Reſtat
ergo ꝙ anima eius imediate ⁊ in ipō fonte videbat ⁊
videt lumē eternū. His etiā rōnibus idē oſtendi pōt
de qualibet aia beata. ¶ Rꝫ ad pdictoꝝ intelligentiā 20
eſt notandū ꝙ aliqui voluerūt dicere ꝙ deus a nul-
la creatura videbit̄ nec videt̄ in ſua eſſentia vel na-
tura.ſed videbit̄ in claritate ſua. cum tantus ſit ful-
gor ipſius imenſitatis lumis ꝙ ad contuitū illiꝰ ſub-
ſtantie nullus oculꝰ creature poſſit ptingere. Hūc er
rorē euacuat Grego.in moralibꝰ tractans illud Iob
xxviij. Nō adequabit̄ ei aurum vel vitrū. vbi ait ſic.
Fuerūt qui dicerēt i illa regeneratiōe beatitudinis i
claritate ſua deū cōſpici.⁊ in natura nō videri.ſ; non
eſt aliud claritas.aliud natura.ſed ipā natura eſt cla
ritas.⁊ ipā claritas eſt natura. Et ideo iſte error.non
multū eſt rōnabilis. q2 male intelligit lumen eternū
in quo differt eſſentia lumis ⁊ ipē actus lucendi. Et
ideo fuerunt alij moderniores q̄ dixerūt a nulla crea
tura poſſe aſpici lumē eternū in fonte ſue claritatis.
ſed in quibuſdā cōdeſcenſiōibus ⁊ theophanijs. ⁊ hꝫ
ꝓpter improportionabilitatē oculi ad illā ſummā lu
cem. que potius ſua imenſitate opprimeret ꝙ̄ dele-
ctaret oculū creature.q̄ ſe habet ad ipſam ſicut oculꝰ
noctue.⁊ ideo oportuit ꝙ deus ſe cōtemparet ipi aie.
ſicut ſol cōtempat̄ oculo mediāte nube. Sed hic mo
dus dicendi non minꝰ a veritate deuiat ꝙ̄ pcedens.
Vnḋ etiā ipm̄ improbat magiſter Hugo ſup angeli-
cā hierarchiā. Quid eſt inꝗ̄ theophanijs deū videre
⁊ eū illas nō videre.niſi nūꝗ̄ vere videre. Si eīm ſola
imago ſemp videt̄. veritas nūꝗ̄ videt̄. Tollāt ergo
fantaſias ſuas quibꝰ lumē mentiū nr̄aꝝ obtenebra-
re nitunt̄.neq; nobis deū noſtrū ſimulacris exterimi-
nationū ſuaꝝ interſepiāt.q2 nos ſicut nec ſatiare pōt
aliquid p̄ter ipſum.ſic nec ſiſtere poteſt aliquid vſq;
ad ipſum. Et ideo his duobꝰ modis tanꝗ̄ erroneis
abiectis.dicendum eſt tercio modo vere ⁊ catholice.
ꝙ anima chriſti beatiſſima ⁊ alie beate anime vident
ipm̄ luminis fontē.in quo reficiunt̄. quieſcunt.dele-
ctant̄.⁊ quodāmō a claritate illius lumis abſorbet̄.
vt deus ab eis vndiq; ꝯſpiciat̄.⁊ videat̄ etiā in ipis.
⁊ hoc potiſſime verū eſt in anima chriſti. Et ideo con
cedende ſunt ratiōes ⁊ autoritates ad hanc partem
inducte. ¶ Ad intelligentiā autē autoritatū adducta 21
rū in contrariū ⁊ cōſilium notandū eſt ꝙ quinq; mo
dis habent exponi autoritates ſanctorū que vident̄
dicere deum in ſua ſubſtantia non poſſe videri. Pri-
mo modo ſic. Nō poteſt videri.ſ.viribus noſtris. po-
teſt tamē munē dei. Vnde ſup illud.j. Thi.vj. Lucē
habitat inacceſſibilē.glo.inacceſſibilis eſt viribus no
ſtris.acceſſibilis muneribus ſuis. Secūdo ſic.nō po-
teſt videri ſubſtantia.ſ.in via.vn̄ ſup illud.j. Thimo.
vj.quē nullus hominū videre poteſt.glo.poterit aūt
aliquādo. Et ſic illud Exod.xxxiij. Non videbit me
homo ⁊ viuet. Tercio modo ſic. nō poteſt ſubſtātia
videri.i.plene cōprehendi. Vnde ſuper illud Iob.xj.
Forſitan veſtigia dei comphendes. Glo. eius eſſen-
tia a nullo plene videbit̄.ſ. circūſcribendo. Quarto
modo ſic.nō poteſt videri ſubſtantia.i. ratio ſubſtan
tie. Vnde Roma.j.qḋ notū eſt dei. Glo. Ratio ſub-
ſtantie eius latet omnē creaturam. ⁊ hoc modo pōt
dici trinitas ſibi ſoli nota eſſe. Quinto modo ſic.ne-
mo dei ſubſtantiā nouit vel aliquid tale.q2 non facit
noſſe. Math.xxiiij. De die aūt illa ⁊ hora nemo no-

uit.neqꝫ angelus ⁊c̄.ſicut fouea ceca dicit̃. qꝛ nō ma-
nifeſtat qd̓ habet in ſe.Et ſic dicit Criſo. ꝙ angeli nō
uident quid ſit deus. Et ſic patent due autoꝛitates.
qꝛ pͥma currit ſm pͥmū modū. ⁊ ſecūda ſm quartū
22 modū vel quintū. ¶ Ad illud qd̓ obijcit̃ ꝙ tantū di-
ſtat finitū ab infinito ⁊c̄. Dicendū ꝙ diſtantia dicit̃
cōtra cōuenientiā.cōuenientia aūt inuenit̃ in triplici
differentia ꝙ̄tum ad pñs ſufficit.Eſt eīm cōuenien-
tia cōmenſuratiōis ſiue adequationis. ⁊ cōuenientia
ꝑticipationis alicuꝰ cōmunis. ⁊ cōuenīētia oꝛdinis.
Dico ergo ꝙ ſi diſtantia dicat̃ ꝑ ꝑuationē cōuenien-
tie adequatiōis ⁊ ꝑticipationis. infinita eſt diſtantia
creati ad increatū.ſicut infiniti ad finitū. Si vͦo dica-
tur diſtantia ꝑ ꝑuationē cōuenientie oꝛdinis. dicē-
dum ꝙ falſum eſt.qꝛ creature imediate oꝛdinant̃ ad
deum ſicut ad pͥncipiū ⁊ ſicut ad finē.maxime crea-
tura rōnalis.ad ſimplicē autē cōtuitū ſufficit ꝙ ſit cō-
uenientia oꝛdinis.ſed ad cognitionē cōꝓhenſionis
requirit̃ cōuenientia ſm quādā equalitatē ſiue ade-
quatiōez.Et ideo nō ſequitur ꝙ ſi anima creata non
poſſit cōꝓhendere infinitatē.ꝙ non poſſit intueri
luminis fontē. ⁊ ꝑ hoc patet ſequens. Qꝛ cū dicit ꝙ
ad cognitionē requirit̃ aſſimilatio. Dicendū ꝙ non
opoꝛtet ꝙ ſit aſſimilatio in natura tercia. ſed ſufficit
ꝙ vnuz ſit ſimilitudo alterius ſicut in pͥmo libꝛo fuit
23 determinatū diſt.j.et.iij.et.xxxv. ¶ Ad illud qd̓ obij-
cit̃ ꝙ excedit oculū lumē illud. Dicendū ꝙ eſt excel-
lentia cōſeruās. ⁊ eſt excellentia coꝛrumpens.Excel-
lentia cōſeruans eſt in ſpūalibus.ſed coꝛrumpens in
obiectis coꝛpoꝛalibꝰ. ⁊ ratio huiꝰ in pͥmo libꝛo ē red-
dita. ⁊ a ꝑte obiecti. ⁊ a ꝑte modi cōꝓhēdēdi. ⁊ ideo
nō eſt ſimile. ¶ Ad illud qd̓ obijcit̃ ꝙ finitū non pōt
24 ſupꝛa infinitū. Dicendū ꝙ anima in cognoſcēdo deū
plus eſt in ſuſcipiendo ꝙ̄ in agendo. imo oīs potētia
anime reſpectu dei ſe habet in ratiōe paſſiui.nec dici-
tur potentia cognitiua actiue. que de ſua rōne dicit
quodāmō paſſionem ſicut dicit phus ⁊ Priſcianus.
Ideo cū intelligit deū nō agit anima in deū. ſed deꝰ
influit in animā.in qua influentia deus cōdeſcendit
ꝑ gratiā. ⁊ anima eleuat̃ ⁊ efficit̃ deifoꝛmis. Et ipſa
deifoꝛmitas eſt diſpoſitio reddēs oculū anime aptū
ad videndū deū.non qꝛ facit ꝓpoꝛtionabilē quātita-
tem.qꝛ ſemꝑ illud lumē excedit in infinitū. ſed qꝛ fa-
cit ꝓpoꝛtionabilē qualitatē.qꝛ dat̃ ipi aīe aliquid vt
pote ſimilitudo.qd̓ cū ipaz animā ⁊ intellectū anime
cū deo facit ſimilē.reddit ⁊ intelligentē.Et ſi tu obij-
cias ꝙ licz viſio ⁊ cognitio incipiat a paſſione cōplet̃
tamē in actione.cū ad viſionē duo cōcurrāt receptio
⁊ iudiciū.in illū autē fontem luminis nulla pōt crea-
tura agere. qm̄ ipſe a nullo poteſt pati. Similiter de
illo fonte lumis ⁊ veritate ſumma nullꝰ poteſt iudi-
care ſicut dicit Augꝰ.de vera religione. ⁊ ipa ratio di-
ctat.cum iudicās aliquo mō p̄ſideat iudicato. nullo
mō videt̃ ſuſtineri poſſe ꝙ anima chꝛiſti vel alia aīa
beata intueat̃ ipm ſupni luminis fontē. Ad hoc re-
ſpondendū eſt ꝙ etſi ad ꝑfectionē cognitiōis aliquo
mō cōcurrat nō ſolum paſſio ſed etiā actio. nō tamē
cōcurrit actio. que quidez fit ꝑ aliquā influentiā vel
impꝛeſſionē ipſius cogniti in cognoſcibile.ſed ſolum ꝑ
quādam ꝓtenſionē. ſicut etiā patet in dilectiōe cum
amo aliquē.anima amando aliquo mō agit.nihil tm̄
influit in amatū.nec dilectū aliquid patit̃ vel recipit
ab amāte.Sic intelligendū eſt in cognitiōe. Similit̃
cū dicimus viſionem ſiue cognitionē ꝑfici a iudicio.

Dicendū ꝙ verū eſt. ſed ad hoc ꝙ̄ videamꝰ deū non
opoꝛtet ꝙ de ipo iudicemꝰ in ſe.ſed ſufficit ad claraz
viſionem ab ipſo fonte lumis illuminari. ⁊ illumina-
tū oculū etiā in ipm ꝓtendere intuendo. et iudicare
de ipſo intuitu.cuz non poſſit attingere ad hoc vt de
ipſa ſumma veritate iudicet.ſed ſm ipaz iudicet ani-
ma de ſeipſa ⁊ de ſua cognitiōe. Nihil tamē impedit
aliquo mō accipiēdo iudiciū ſm ꝙ requirit̃ ad viſio-
nē quin poſſit concedi ꝙ aīa beata certiſſime iudicet
illud eſſe ſummū lumē qd̓ intuet̃.ſicut in pͥmo libꝛo
fuit habitū.Et huic nō repugnat verbū Aug. Quātū-
cūqꝫ eīm ſiue intuitus ſiue iudiciū videat̃ in ſe habe-
re naturā actionis.tamē reſpectu diuini luminis a ꝙ̄
cauſat̃ eſt paſſio ⁊ effectus. Unde ꝙ aīa videat deuz
in ſe hoc nō eſt qꝛ anima poſſit ſupꝛa deū.ſed magis
ꝙ̄ deus poſſit ſupꝛa ipaz adeo vt aīa ꝑ diuinā poten-
tiā ⁊ influentiā eleuet̃ ſupꝛa ipſaz. Hec autē que di-
cta ſunt de anima chꝛiſti.generaliter valent ad q̄ſtio-
nem de viſione dei.ſimilit̃ que ſequunt̃.

COnſequēter querit̃ de cognitiōe quā aīa xp̄i
habuit in vbo.Et circa hoc q̄runt̃ tria. Pri-
mo querit̃ vtrū in eodē hītu cognoſcat vbū
⁊ alia in vbo. Secūdo q̄rit̃ vtruz aīa cognoſcat actu
in verbo q̄ cognoſcit habitu. Tercio q̄rit̃ vtrū i ver-
bo noſcat oīa quecūqꝫ nouit verbū.

Queſtio.j. d

¶ Utrū aīa xp̄i eadē cognitiōe q̄ cognoſcit verbuz.
cognoſcat alias res in verbo.Et ꝙ eadē videt̃. Aug.
ſuꝑ Geñ.ad literā dicit ꝙ angeli tripliciter cognoue-
rūt res. videlicz in verbo.in ſeipis.in ꝓpꝛio genere. ſꝫ
cognitio quā angelus habet i verbo de re. diſtincta ē
a cognitiōne quā angelꝰ habet de re i ſeipſo.ſed ange-
lus in ſeipſo cognoſcit res ꝑ ſpeciē aliquā ſibi dataz.
ergo videt̃ ꝙ ea cognitione que eſt in verbo cogno-
ſcat res nō mediāte aliqua ſimilitudine ipiꝰ rei.p̄ter
illam que ē in verbo.ergo eadē cognitiōe qua cogno-
ſcit verbū.cognoſcit rem aliā in verbo. ¶ Itez ver-
bum eſt ſufficiens ratio cognoſcēdi omnia alia a ver-
bo.tanqꝫ exemplar eſt ratio cognoſcēdi exemplatoꝝ.
ſꝫ cognoſcere ſufficientē rationē alteriꝰ hͦ nō eſt aliud
ꝙ̄ cognoſcere ipſaz rem.eadem eīm eſt cognitio ratio-
nis cognoſcendi ⁊ ipſiꝰ rei cognite.ergo eadez cogni-
tiōne q̄ aīa cognoſcit verbū cognoſcit res alias a ver-
bo. ¶ Itē meliꝰ cognoſcit̃ res in diuino exemplari
ꝙ̄ cognoſcat̃ i ſe. melius etiā cognoſcit̃ ꝑ diuinū ex-
emplar ꝙ̄ cognoſcat̃ ꝑ ꝓpꝛiā ſimilitudinē.ſꝫ eadē co-
gnitione qua q̄s cognoſcit ſimilitudinē rei.cognoſcit
ipſam rem. ergo ⁊c̄. ¶ Itez ſi ſilitudo rei in ſpeculo
nullo mō differret ab ipo ſpeculo. nihilominꝰ eadez
cognitione qua cognoſceret̃ ipm ſpeculū. cognoſce-
ret̃ ipa ſilitudo rei ⁊ ipa res.ergo cū in verbo eterno
nō differat ſimilitudo rei ab ipo. nam ipm eſt exem-
plar ⁊ ratio cognoſcēdi.videt̃ ꝙ eadem cognitōne q̄
quis nouit verbū.cognoſcat ⁊ res in verbo. ergo aīa
chꝛiſti ꝑ eundē habitū cognitionis cognoſcit verbuz
⁊ alia in ipſo. ¶ Item ſi anima chꝛiſti cognoſceret rē
in verbo ꝑ aliū habitū ⁊ aliā ſimilitudinē ꝙ̄ cogno-
ſcat ipm verbū.aut illa ſimilitudo eſſet vna.aut mul-
te. Una non poteſt eſſe. qꝛ vnaqueqꝫ res creata ha-
bet ſimilitudinē ſibi ꝓpꝛiā i genere creature. Si mul-
te. ergo cū nō ſit ſtatus in multis ſed i vno. cognitio
aliarū rerū a verbo in ipſo verbo nō ſpectaret ad co-
gnitionē glorie in qua eſt ſtatus ⁊ quies. ergo ſi hoc
eſt inconueniens, reſtat ꝙ eodem habitu cognitionis

loq̄mur d̄ tercio gene
re dubitationis ſic di
xerūt alij ſācti Iohēȝ
dubitaſſe. n̄ dubitatōe
vacillatōis ſ; q̄dā po
ti᷒ admiratiōis et cō
paſſiōis que facit ho
minē ſe hēre p̱ modum
dubitātis. Et h̄ eſt qd̄
dicit glo. Luce. vij. et
Mat. xi. Nō fide ſed
pietate dubitauit. et

ſic pꝫ ꝙ nll'a ē cōtrarietas int̄ auctes p̄miſſas. d Fides ſpes charitas et opatio ſc̄m aliq̄d equalia ſūt. Cō
tra. ꝯtigit aliquē hēe habit᷒ ꝟtutū et n̄ opationū. ḡ n̄ vi ꝙ opatio eq̄t̄ ipis habitib᷒. Itē p̱ma Coꝛ. xiij. Si
habuero fidē ita vt mōtes trāſferā. charitateȝ āt nō habeā ꝛc̄. ḡ vi ꝙ aliq̄s poſſit hēe magnā fidē ita ꝙ nullā
hēat charitatē. R. dd̄. breuiter ꝙ illa q̄tuoꝛ eq̄lia ſūt ſc̄m ꝙ di ſup̱ illud Apocal. xxi. ꝙ latera ciuitatis erant
eq̄lia. Di em̄ ibi ꝙ latera ciuitatis ſūt fides et ſpes et charitas et opatio. De mō āt eq̄litatis ipaꝝ virtutū di
cet̄ ifra plani᷒ vbi ē qd̄ et ſmo ſpālis. Ad p̄ns āt tn̄ dixiſſe ſufficit ꝙ hec q̄tuoꝛ ſunt eq̄lia ſc̄m rōem merēdi
q̄n ſūt infoꝛmata gr̄a. Tantū em̄ ipa charitas ē meritoꝛia in ſuo actu quātū et fides in vno et eodē hōie. Si
milit̄ tātū meret̄ opatio ꝓcedēs ab habitu q̄tū placȝ ipe habit᷒. q꞉ em̄ vna ē gr̄a gratū faciēs q̄ facit aiaȝ d̄o
placere p̱ habit᷒ et operatiōes. hinc ē ꝙ neceſſe ē iſta q̄tuoꝛ eſſe eq̄lia ſc̄m dictā acceptionē ac p̱ h̄ ſc̄m efficaciā
merēdi. Ad illd̄ qd̄ obi ꝙ hit᷒ p̄nt eē ſine opib᷒. dd̄. ꝙ nō aſſd̄at̄ hic eq̄litas hituū ad opationes in oibus. ſ;
in his que habēt habit᷒ ſimul cū ipis opatiōib᷒ ab ipis egredictib᷒. Preterea nō intelligit d̄ opationib᷒ exte
rioꝛib᷒ imo de opatiōnib᷒ interioꝛib᷒ q̄ ꝯſiſtūt in motu et vſu li. ar. Et ille quideȝ vſus bonitatē hȝ iuxta
menſuram habit᷒ virtutis gratuite. illa em̄ precipue eſt q̄ habētem p̱ficit et op᷒ eius bonuȝ reddit. Ad illd̄

quod obijcitur ꝙ ma gna fides pt haberi ſine charitate. dōm. ꝙ aplus ibi loquif de fide iformi. ſ lra iſta intelligi hȝ d̄ fide formata. Et iſta ſufficiāt circa litterā. nam illa q̄ p̄mittunf de fide Cornelij ſat̄ ſūt plana. ꝛc.

hil niſi de⁹ diligaf et cōſcia. id ē de ſpe bona. et fide ſi ficta. id ē ſimulata. Nō ḡ charitas fidē et ſpeȝ. ſȝ fides et ſpes charitatē p̄cedere videnf. Hoc ḡ ea rōne traditū itellige nō ꝙ fides et ſpes cā vel tpe charitatē oīm bonoꝝ matrē precedāt. ſed qꝛ charitas ſine illis in aliquo eē nō pōt. ſed illa ſine charitate poſſunt eē. quāuis nō ſit pia fides vel ſpes ſine charitate. Ideo ḡ ex fide et ſpe procedere dicif charitas. qꝛ nulli ꝯuenit ſine iſtis.

Ad intelligentiam hui⁹ ptis ſm ea q̄ mgr̄ tangit incidit hic qō circa duo. Primo querif de fidei ſufficientia. Secūdo querif de fidei ꝑfectu. Circa primū querunf tria. Prio querif de fidei ſufficiētia q̄tū ad cōtinētiā ſymboli aplici. Secūdo querif de ſufficiētia eiuſdē q̄ntū ad noticiā coꝝ qui p̄ceſſerūt aduentū xpi. Tercio querif de ſufficientia eiuſdem q̄ntū ad illos q̄ ei⁹ aduētū fuerūt ſecuti.

¶ Queſtio. j. a

De ſufficiētia fidei q̄tū ad cōtinētiā ſymboli aplici. Utrum ſufficienter ꝯtineanf ibi oīa illa q̄ oportunū ē credere ad ſalutē. Et ꝙ ſic vr̄ p̄mo p verba Caſſiani ad Leonē papā li. vj. Symbolū latine iō collectio nōiaf. qꝛ collecta in vnū ab aplis dn̄i totius catholice legis fide. q̄cquid p vniuerſuȝ diuioꝝ voluminū corpus imenſa diffundif copia. totū in ſymbolo colligif breuitate ꝑfecta. ¶ Itē hocipm̄ oñdif rōe. qm̄ tota fides verſaf circa deū ſicut circa obiectū. ſ non cōuenit pluribus modis deum cognoſcere quātum ad diuinā naturā. ḡ ſi vtroq̄ mō in ſymbolo aploꝝ tradif noticia de deo. vr̄ ꝙ fides ibi cōtineaf integritate ꝑfecta. ¶ Itē nō cōtingit habere noticiā de diuina ſubſtātia niſi p aliquā eius opationē q̄diu ſum⁹ in via. ſ oīs diuina opatio ꝯtinef ſub aliq̄ iſtarū triū. viȝ. ſub ope creatiōis. vel repatiōis. vel glorificatiōis. Si ḡ deus in ſymbolo aploꝝ ab hac triplici opatione notificaf. qꝛ oñdif ibi deus eē creator. ꝛ reparator. ꝛ glificator. vr̄ ꝙ tota fides ibi cōtineaf. ¶ Itē hocipȝ oñdif ex ꝑfectiōe autoꝝ. Si eñ ad ſymbolū illō cōponēdū cōuenit cetus aploꝝ q̄ repleti fuerūt ſpiritu ſancto. et plenā ꝛ integrā fidei noticiā habuerūt. dicere ꝙ in ſymbolo illo cōtineaf fides inſufficienter. nō ē aliud q̄ȝ dicere ꝙ ſpūſanct⁹ et mgr̄i toti⁹ eccleſie inſufficiētes fuerūt. Si ḡ hoc dicere ē impiū et abſurdū. neceſſe ē fidē ibi cōtineri integre ꝛ plene.

Sȝ cōtra. ſicut a doctorib⁹ tradif catholicis ſymbolū illud fuit cōpoſitū tm̄ a xij. aplis ita ꝙ quilibȝ poſuit ibi ſuā pticulaȝ. Si ḡ vltra xij. fuit barnabas et paulus q̄ fuit ſpecialiſſim⁹ et maxim⁹ fūdator et doctor. et ipi nō poſuerūt ibi ſuā pticulā. vr̄ ꝙ in ſymbolo illo nō fuerit fides ſufficiēter tradita. vel ſalteȝ vr̄ ꝙ ad illius cōpoſitionē nō ſufficienter cōuenerit vniuerſitas aplica. ¶ Itē vr̄ ꝙ inſufficiēter ꝯtineaf ibi fides a pte credendoꝝ. Si q̄s eñ n̄ crederet fornicationē vel adulteriū eē peccatū mortale. iudicaref hereticus. Si q̄s etiā nō crederet deū eē et multa talia q̄ in ſymbolo nō cōtinenf iudicaref heretic⁹. ḡ nō vr̄ ꝙ ſufficienter cōtineanf ibi fidei xpiane neceſſaria.

Itē hocipm̄ oñditur a pte ipoꝝ articuloꝝ. qꝛ credere ꝙ corpus xpi ſit in altari. et ꝙ panis ꝯuertatur in corpus xpi hoc ē maxime difficultatis et in quo fides hȝ maximū meritū. ḡ vr̄ ꝙ illud credibile in doctrina fidei fuit potiſſime explicādū. vr̄ ḡ ꝙ cū ibi nō explicef. ꝙ ſymbolū illud ſit defectiuū. Itē hocipm̄ oñditur ex pte diuinarū cōditionū et opationū. qꝛ ſicut deus ē oīpotēs. ita etiā ē imenſus. ita etern⁹. bonus. et ſapiens. et ſicut creauit. ita diſtinxit. ornauit. et cōſeruauit. Sicut etiā xps incarnat⁹ ē ita etiaȝ inter hōies cōuerſatus ē. ſicut reſurrexit ita etiā p⁹ reſurrectionē apparuit. et de oībus his nihil tangitur in doctrina ſymboli. ḡ videf in ea fides inſufficienf contineri. cū oīa hec oporteat credi. et ad omnia hec artanf ſicut ad articulos ibi expreſſos. ¶ Item hoc ipm̄ oſtendif ex additione aliorum ſymboloꝝ. ſicut Athanaſij et nyceni cōcilij. Si eñ in ſymbolo aploꝝ fides ſufficienter traditur. ḡ alia ſymbola ſupfluunt. ꝙ ſi nō ſupfluunt. ergo in illo fides inſufficiēter exp̄mitur. Iuxta hoc queritur vltimo de diuerſitate illorum ſymboloꝝ q̄tum ad cōtinentiā. et q̄tuȝ etiaȝ ad recitationē. et quantū ad alias differētias. q̄ ſunt inter illa. ¶ R. ad predictoꝝ intelligentiā eſt notandum ꝙ doctrina fidei quedā hȝ antecedētia. quedā conſequentia. quedaȝ principia ſiue obiecta. ſicut in alijs ſcientijs videmus eē quedam p̄ncipia cōia que ſupponunf ſicut dignitates. Quedam v̄o principia propria illarū ſcientiaꝝ vt ſūt intrinſeca p̄ncipia demōſtrationū. Quedā vero ſunt ſicut cōſequētia ſicut ſunt cōcluſiones corrdarie. Per hunc etiā modum in doctrina fidei antecedētia ſunt illa q̄ ſūt de dictamine iuris naturalis. Principia vero ſunt illa ad q̄ fidei illuminatio directe dirigit. et iſta dicunf articuli. Cōſequētia ſūt illa q̄ ex illis articlis pn̄t dici et ad illos articulos hn̄t ſequi. Cū ḡ querif vtrū ſufficienter doctrina fidei cōtineaf in ſymbolo aplico. dōȝ ē ꝙ ſi loquamur de doctrina fidei quantū ad ea q̄ ſūt in ea principia et ꝓpria ſicut ſunt illi articuli. ſufficienter in illo ſymbolo continenf. Pōt autē ipius ſufficiētia ex duplici pte monſtrari. viȝ ex parte iporuȝ autoꝝ cōponētiū. et ex pte articuloꝝ conſtituentiū. Ex parte autoꝝ cōponentiū. qꝛ vniuerſitas ibi aploꝝ conuenit. quā nō eſt dubium aliquid nō potuiſſe latere de his q̄ pertinēt ad fidei cōplementū. et vt maiorē haberēt firmitatē ſinguli poſuerūt ibi ſuas ptes. et oēs inſimul ſingulas approbauerūt. vt vna eccleſia que ſup aplos fundari debebat. vnam fidei credulitatem et confeſſionem haberet. q̄ quidem diceretur fides catholica. hoc ē fides vniuerſalis. Uniuerſalis inq̄ȝ qꝛ vniuerſis data ꝛ ab vniuerſis aplis qui erant fundamentum vniuerſalis eccleſie cōſtituti. Unde petrus primo poſuit pticulam ſuam dicēs. 7
Credo in deum patrē oīpotentē creatorē celi et terre. Secūdo andreas audiēs ſubiūxit. Et in ieſuȝ xpȝ filiū ei⁹ vnicū dn̄m nr̄m. Tercio iohēs addidit. Qui

cōcept⁹ ē de ſpiritu ſancto. nat⁹ ex maria vḡgīe. Quar
to intulit Jacob⁹ maior. Paſſus ſub poncio pilato.
crucifixus. mortu⁹. et ſepult⁹. Quīto ſubiūxit Tho
mas. Deſcēdit ad inferna tercia die reſurrexit a mor
tuis. Sexto addidit Jacob⁹ minor. Aſcēdit ad ce
los. ſedet ad dexterā dī pr̄is oīpotētis. Septīo adie
cit philipp⁹. Inde ventur⁹ ē iudicare viuos et mortu
os. Octauo intulit bartholomeus. Credo in ſpiritū
ſanctū. Nono ſubiūxit mathe⁹. Sctā3 eccleſiā catho
licā. Decimo addidit ſymō chananc⁹. Sāctoꝝ cōio
nē. Quia in ſctōꝝ cōione fit peccatoꝝ remiſſio. Un
decimo ſupaddidit iudas thade⁹. Carnis reſurrectio
nē. Et ē ſenſus ꝙ de⁹ reſuſcitabit ipam carnē. Duo
decimo mathias cōſūmauit. Uitā eṫnā. Amē. Et ſic
apl̄i in nūero duodenario pleno et integro cōpoſue
rūt illud ſymbolū qn̄ erāt inſimul cōgregati. in quo
quidē numero ſignificaꝉ ſupabūdās pfectio. Et illō
pfiguratū fuit Joſue. iiij. vbi diciꝉ ꝙ. xij. viri tulerūt
de medio iordanis alueo. xij. lapides et poſuerūt in
loco in quo caſtrametati ſūt. Per. xij. nāq3 viros de
ſinglis tribub⁹ pfiguraꝉ. xij. apl̄i. Per. xij. lapides p̄
figuraꝉ. xij. ptes ſymboli q̄ ſūt firme ⁊ imutabiles. ex
qb⁹ vnicū ſymbolū cōſtituiꝉ. qd̄ iō ſymbolū appella
tur. qr ex plurib⁹ aploꝝ ſentētijs fuit cōſtitutū. Dici
tur eni ſymbolū a ſyn ꝙ ē ſimul. et bole qd̄ ē ſnia. vn̄
ſymbolū ē plurium ſnia ſil' cōſtituta. et ſic ſumiꝉ ſuf
ficiētia cōtētoꝝ in ſymbolo a pte autoꝝ cōponētiu3.
Pōt etiā nihilomin⁹ ſumi a pte articuloꝝ ꝯſtituēti
um. cū eni oēs articuli ſint ꝺ deo. aut ſm ꝙ ē in natu
ra ꝑpria. aut ſm ꝙ ē vnit⁹ hūane nature. neceſſe ē q̄ſ
dā articulos eē ſpectātes ad diuinitatē. q̄ſdā ad hūa
nitatē. Illi aūt q̄ ſpectāt ad diuinitatē. aut reſpiciūt
diuinā eēntiā in ſe. aut reſpiciūt diuie eēntie pſonas
et hypoſtaſes. aut reſpiciūt ei⁹ opatiōes. Si rſpiciūt
ipam diuinā eēntiā in ſe. ſic ē vn⁹ articul⁹. ſm ꝙ vni
ca et ſimplex ē diuia eētia. Et hoc inſinuatur cū di
ciꝉ. Credo in deū. Si aūt reſpiciāt diuine eēntie pſo
nas ſiue hypoſtaſes. ſm ꝙ tres ſunt pſone tres ſunt
articuli. Quoꝝ vn⁹ ē. Credo in deū patrē oīpotētē3.
Alius vō notaꝉ cū dī. Et in ieſum xp̄m filiū ei⁹ vni
cū dn̄m nr̄m. Alius cū dī. Credo in ſpiritū ſctū. Si
āt reſpiciāt diuine eēntie opatiōes. hoc pōt eē tripli
citer ſm ꝙ triplex ē ei⁹ opatio. q̄ꝝ vna eſt in collōne
nature et hec ē creatio. Altera in collatiōe gr̄e et hec
ē ſanctificatio. Tercia ē in collatiōe glorie et hec eſt
glorioſa reſuſcitatio. Et ſm hoc tūc ſunt tres articu
li. Quoꝝ vn⁹ notaꝉ cū dī. Credo in creatorē celi et
terre. Alter cū dī ſanctā eccleſiā catho. ſāctoꝝ cōio
nē. re. pctōꝝ. Ali⁹ cū dī. Carnis rſurrectōē3. Alē cu3
dī. ⁊ vitā eṫnā Amē. Et ſic ſeptē ſūt articl̄i circa diui
nitatē reſpiciētes ipam diuinā eēntiā in ſe et in pſo
nis et in opib⁹ ei⁹. et patet eoꝝ ſufficiētia. qr nō h3 ip
ſa pluribus modis cōſiderari. Silr circa hūanitate3
nō ē repiri niſi ſeptē articl̄os pncipales ſm ſeptem
actus xp̄i redēptoris qui ordināt ad noſtrā redēp
tionē. Quoꝝ pmus ē incarnari. Et de hoc ē vn⁹ arti
culus. Qui ꝯcept⁹ ē de ſpiritu ſancto. Scd̄s ē naſci.
Et de hoc ē alius articul⁹. nat⁹ ex maria virgie. Ter
cius ē ꝓ nobis preciū ſoluere. et de hoc ē ali⁹ articu
lus. Paſſus ſub pon. py. cru. mor. et ſe. Quart⁹ ē in
fernū ſpoliare. et de hoc ē ali⁹ articulus. deſcēdit ad
inferna. Quitus ē de morte triūphare. ⁊ de hoc ē ali
us articul⁹. Tercia die reſurrexit a mortuis. Sext⁹
ē celeſtia trāſcendere. Et de hoc ē ali⁹ articul⁹. Aſcē
dit ad celos ſedet ad dex. dei. pa. omni. Septim⁹ ad
iudiciū venire. Et de hoc ē alius articul⁹. Inde ven
turus ē iudicare viuos et mortuos. Et ſic p3 ꝙ ſeptē
ſūt articuli ſpectātes ad deitatē. ⁊ ſeptē ſpectātes ad
hūanitatē. in quibus vniuerſitas fidei cōtineꝉ ſm ꝙ
ſignificatur in primo Apocal'. vbi dicit Johes ſe vi
diſſe ſeptē cādelebra et in medio ſeptē cādelebroꝝ
ſilē3 filio hōis et ille hēbat ad dextrā. vij. ſtellas. Per
ſeptē nāq3 ſtellas lūinoſas que ſunt ꝺ natura celeſti
itelliguꝉ ſeptē articuli ſpectātes ad diuinitatē. Per
ſeptē aūt candelabra aurea que ſunt de terrena ma
teria verūtamē optima ⁊ depurata intelliguꝉ ſeptē
articuli reſpiciētes humanitatē. ⁊ ideo dicit ꝙ in me
dio hoꝝ vidit ſimilē filio hōis. Quoniā ḡ iſti duode
cim articuli ꝯtineꝉ in ſym. aplico. hinc ē ꝙ ipa fides
cōtinetur in illo ſymbolo ſufficiēter et plene q̄tum
ad illa q̄ pncipaliter ſūt credēda. Et iō cōcedēde ſūt
ratiōes ad iſtā partē. Ad illō ḡ qd̄ pmo obi ꝙ pau 8
lus et barnabas nihil ibi poſuerūt. dōm ꝙ paulus ⁊
barnabas electi fuerunt poſt diuiſionē aploꝝ ad pre
dicandū. ſicut patet in actib⁹ aploꝝ. Et qm̄ ſymbolū
debuit cōſtitui ab oībus et ſimul congregatis. vt ſic
ſingula eēnt a ſinglis p expreſſionē. et totū a quolib3
p approbationē. hinc ē ꝙ nihil ibi 'appōiꝉ qd̄ paulo
et barnabe appropriaꝉ. nec tn̄ ex hoc arguitur inſuf
ficiētia. qr alij fuerūt in numero completo ⁊ pfecto.
in quāto numero de⁹ elegerat ſuos aplos. Preterea
multitudo condentiū nō facit ad maiorē pfectionē
ſymboli cōditi. quāuis faciat ad maiorē auctem. ita
eni potuiſſet vnus apl's in aliqua verboꝝ ſerie enar
rare fidem ſufficienter ſicut oēs fecerunt in illo ſym
bolo p concordiā edito. magis tn̄ ſic facere voluerūt
ſicut predictū ē ꝑpter maiorē fidei vnitatē ſeruādas
et ꝑpter maiorē eiuſdē fidei firmitatē. Ad illud qd̄ 9
opponitur ꝙ multa ſunt credēda que in ſymbolo n̄
cōtinentur. dō. ꝙ veꝝ ē de añcedentibus ſicut ē hoc
ꝙ ē deū eē. Et de ꝯñtibus ſicut ſūt multa alia q̄ ꝺ ip
ſis articulis dicit ſacra ſcriptura et doctrina theolo
gica. ſicut xp̄m a ſua conceptiōe habuiſſe plenitudi
nē gratie et cōſilia. nullū tn̄ ē credibile a fide qd̄ non
poſſit reduci ad articl̄os in ſymbolo contētos ſicut
ad principia dirigentia et ſtabilia fundamēta. Ad 10
illud qd̄ opponiꝉ de inſufficientia ipoꝝ articuloꝝ. ꝙ
credere corpus xp̄i in altari. hoc vꝫ ptinere ad articu
lū fidei. dō. ꝙ iſte nō ē articulus pncipalis. ſ ſub aliq̄
articulo cōtinetur ſicut ⁊ alia ſacramēta. Uolūt aūt
quidā. dicere ꝙ reduciꝉ ad articulū ꝺ oīpotētia. Alij
aūt reducūt ad articulū de paſſiōe. qr iſtud ē memo
riale paſſiōis. S3 melius ē ip3 reducere ad articulū
de vnitate eccl̄ie et peccatoꝝ remiſſiōe. ſicut et fides
reſpectu alioꝝ ſacramētoꝝ. In ipis eni ſacramētis
fit pctōꝝ remiſſio. In ipis etiā attēditur toti⁹ eccle
ſie ſanctoꝝ vnio. Uñ in ſymbolo nyceno. addiꝉ Cō
fiteor vnū baptiſma in remiſſionē peccatoꝝ. vñ ſic di
ciꝉ de hoc ſacramēto ꝙ reduciꝉ ad aliquē articulum
pncipalē. ſic intelligēdū ē de alijs ſacramētis. Ad il 11
lud vō qd̄ obiꝉ ex pte diuiaꝝ ꝯditionū et opationu3.
dō. ꝙ cōditōes rſpiciētes diuinā eēntiā nō faciūt no
uos articl̄os diſtīctos ab articl̄o q̄ ē ꝺ vnitate eēntie
diuie. In h̄ eni ꝙ credo ipm dū eē vnū. credo ip3 eē
immēſum ⁊ ſimplicē. eternū. oīpotētē. et ſilia. alioq̄n
ſi vnum de iſtis deeſt nō eēt deus. Silr nō de oībus
operationib⁹ debent eē articuli. ſ ꝺ opationib⁹ pnci
palib⁹. maxime de his q̄ ad noſtrā repationē ⁊ ſalu

tem ordinãtur ad quã dirigit fides nr̃a. Põt tñ oẽs
operationes dei reduci ad illas tres. Omnis eñ opa-
tio aut reſpicit eẽ nature. aut eẽ gratie. aut eẽ glorie.
Vñ cõſeruatio põt reduci ad creationẽ. ſimiliter di-
ſtinctio ornatus. punitio vo põt reduci ad iudiciuʒ.
Vel põt dici ꝙ nõ eſt ſm ꝓncipalẽ intẽtionẽ. qꝛ nõ ẽ
ſm volũtatẽ añcedentẽ ſ; ſm volũtatẽ ꝯſequẽtẽ. Si
militer opatiões xp̃i vt cõuerſatiõis et appitiõis ad
illas põt reduci. qꝛ appitio ordinatur ad mãifeſtatio
nem veritatis reſurrectiõis. et cõuerſatio ad manife
12 ſtandã veritatẽ incarnatõis. Ad illud qd̕ obĩ d̕ ad-
ditione alioꝝ ſymboloꝝ. dõʒ ꝙ alia ſymbola duo vi
delicet athanaſij et niceni cõcilij. addita ſunt ad fidei
maiorẽ explanationẽ. ⁊ ad hereſum cõfuſiõeʒ. Quia
ſymboluʒ athanaſij doctoris ꝑcipui maxime ordina
tũ fuit contra errorẽ arrij. et iõ ibi maxime exprimit
vnitatẽ eſſentie et diſtinctionẽ ꝑſonaꝝ. et qm̃ xp̃s eſt
equalis pr̃i ſm diuinitatẽ. minor patre ſm hũanita-
tẽ. Symbolũ vero nyceni ꝯcilij cõditũ fuit ad ꝯfuſio
nẽ multimodaꝝ hereſum pullulãtiũ. Vñ adduntur
aliqua ad maiorẽ expñſiõeʒ ꝑ que poſſint hereſes cõ
futari. ⁊ ꝓpterea ad elidendã hereſim manichei nõ
tñ dicitur. credo in deuʒ. ſ; credo in vnũ deum. Nec
tñ creatorẽ celi et terre. ſ; etiã viſibiliũ et inuiſibiliũ.
Ad confutationẽ vero hereſis arriane nõ tñ dĩ cre-
do in Jeſum xp̃m dñm nr̃m. ſ; etiã addiť et in vnuʒ
dñm ieſum xp̃m filiũ dei vnigenitũ. vſq; ibi. ꝑ quem
oĩa facta ſunt. Ad cõfutatõeʒ vero hereſis Eutitis ⁊
neſtorij qui dixerunt ſpm̃ſctm̃ ſeruũ eẽ patris et filij.
nõ dĩ tñ credo in ſpm̃ ſanctũ. ſ; addiť dñm et viuifi-
cantẽ. qui ex patre ꝓcedit. et latini addiderũt filioq;
ꝓpter errorẽ grecoꝝ. Qui cũ patre ⁊ filio ſimul ado
ratur ⁊c̃. Et addiť. q̃ locutus ẽ ꝑ ꝓphetas. ad deſtru
ctionẽ erroris q̃rũdã q̃ dixerũt ꝙ ꝓphete locuti ſunt ſi
cut phanatici. Et ſic patet ꝙ iſta ſymbola nõ ſupflu-
unt. nec tñ ſymbolũ aploꝝ fuit diminutũ. qꝛ quãuis
in illo fides ſufficienter cõtineť quãtũ ad propriam
et ſimplicẽ fidei cõfeſſionẽ. tñ optunũ fuit aliq̃d ad-
di ad explanationẽ ꝓpter cõfutãdũ hereſuʒ prauita
13 tem. Ad illud qd̕ queritur vltimo de ſymboloꝝ di-
uerſitate quãtũ ad cõtinẽtiã et frequẽtationẽ. iã pʒ
rñſio ꝑ magna pte ex his que dicta ſunt. Nã ſymbo
lum aploꝝ pauciora cõtinet q̃ȝ aliud. qꝛ eſt ad preci-
ſam articuloꝝ expreſſioneʒ. Alia vero duo ſymbola
ſunt ad hereticorũ cõfuſionẽ. Vñ et ſi in alijs addať
quantum ad expreſſiõeʒ q̃rundã articuloꝝ. nõ tñ ar
ticuli exprĩmunť magis plene. immo et i ſymbolo ny
ceni cõcilij obmittiť articulus de deſcẽſu ad iferos.
qꝛ circa hũc pauci vel nulli errauerũt. ſiue ꝙ in ipa cõ
feſſione deſcenſus xp̃i ad inferos poſſit oriri error.
ideo maluerũt illũ ſubticere et implicite illũ intelli-
14 gere in reſurrectione. Et inde ẽ ꝙ ſymbolũ aploꝝ di-
citur eẽ maius. nõ quãtũ ad ꝯtinẽtiã verboꝝ. ſ; quã-
tũ ad cõtinẽtiã articuloꝝ. et quãtũ ad auctem cõpo
nẽtium. Maioris eñ auctis ẽ illud ſymboluʒ q̃ȝ alia
duo. hinc ẽ ꝙ etiã ſymbolũ aploꝝ qd̕ cõtinet ipm̃ fi-
dei fundamẽtũ quotidie recitať in eccl̃ia et frequen-
tatur. alia vero duo que ſunt ad hereſum cõfuſionẽ
nõ recitanť niſi in diebus ſolẽnibus qñ ad eccl̃ias cõ
uenit popul⁹. hinc eſt etiaʒ ꝙ ſymbolũ aploꝝ dĩ ſub
miſſe. qꝛ ẽ ad ꝓpꝛe cõſcie ſecuritatẽ. alia vero dicun
tur alte qꝛ ſunt ad cõpeſcẽdã hereticoꝝ garrulitatẽ.
15 Hic ẽ etiã ꝙ ſymbolũ aploꝝ dĩ bis in die. mane viꝫ

et ſero. qꝛ fides ẽ bonaꝝ opationũ ꝓncipiũ. et ſcutuʒ
ad victoriaʒ tẽptationũ. et opatiões bone potiſſime
fiũt in die. ⁊ tẽtationes denocte inſurgũt. Alia vero
duo ſymbola dicunť de die ſolũ. ⁊ ꝑmittitur ſymbo
lũ athanaſij et dĩ hora ꝑma. Symbolũ ſãctoꝝ patꝝ
diciť in miſſa ꝓ eo ꝙ plures ibi hereſes elidũť ⁊ ma
ioris fuit auctis. Cõpoſitũ eñ fuit a. ccc. ⁊. xviij. pa- 16
trib⁹ q̃ ꝑfigurati ſũt ꝑ. ccc. ⁊. xviij. v̾nacl̃os abrae. q̃s
nũerauit qñ ꝓſtrauit q̃nq; reges. q̃ loth cũ ſuba ſua
captiuauerãt. Jõ aũt magis dĩ in miſſa q̃ȝ in alia ho- 17
ra. qꝛ tunc popul⁹ magis ꝯuenit. ⁊ dĩ p⁹ euangeliuʒ
vt oñdatur eẽ tractũ de euãgelij veritate. dĩ etiaʒ añ
cõionẽ vt per ipam fidẽ ꝑparẽtur corda fideliũ q̃ vo
lũt corp⁹ xp̃i ſuſcipe vt poſſint digne mãducare ſa-
cramẽtaliter. vel ſaltẽ manducare ſpiritualiter. Et
ſic pʒ q̃liter ſymbola diuerſificãť in frequẽtia et cõti
nẽtia q̃ tñ cõcordãt in ſufficiẽtia. ¶ Dõ. ij. b
De fidei ſufficiẽtia quãtum ad eos q̃ p̄ceſſerũt ad-
uentum xp̃i. Et queriť vtrũ eis ſuffecerit ad ſalutem
credere ea tñ q̃ ſpectãt ad diuinitatẽ. Et ꝙ ſic videť
Hebre. xj. Oportet accedẽtẽ credere qꝛ eſt. et qꝛ ꝛmu
nerator ẽ. Si ḡ aplus determinat ſufficienter illd̕ qd̕
erat fidei optunũ. vĩ ꝙ illud ſufficiebat eiʒ credere.
Sʒ totũ illud credi poterat nihil credendo de hũani
tate xp̃i. ḡ vĩ ꝙ tunc tpis ad ſalutẽ ſufficiebat ſola fi-
des diuinitatis. ¶ Item fides q̃ ſufficienter dirigit
ad ſperandũ ⁊ amãdũ deum ſufficit ad ſalutẽ. Sʒ fi
des qua quis credit deum creatorẽ et remũeratoreʒ
ſuum ſufficienter dirigit ipm̃ ad ſperãdũ et amãdũ.
ḡ vĩ ꝙ omi fide hũanitatis excluſa fides ſolius diui-
nitatis ad ſalutẽ ſufficiebat. ¶ Itẽ multi ſaluati ſũt
ſine fide paſſiõis xp̃i. pauciſſimi eñ ꝑceſſerũt in vete
ri teſtamẽto qui crediderũt filiũ dei crucifigenduʒ ꝓ
ſalute generis humani. ſi ergo ſaluari potuerũt ſi-
ne fide paſſionis. eadem ratione ſine fide incarna-
tionis. ergo et ſine fide mediatoris. ¶ Item nullus
homo tenetur noſſe qd̕ ignorant angeli. ſ; añ xp̃i ad
uentũ ignorabãt ãgeli xp̃i incarnationẽ. ḡ ⁊ hõies ñ
tenebanť illã credere. Maior ꝓpoſitio in ſe mãife-
ſta eſt. minor ꝓbať ꝑ illud qd̕ dĩ Eſa. lxiij. Quis eſt
iſte q̃ venit d̕ edom. ibi glo. apte declarat ꝙ q̃dã an-
geli donec impleret myſteriũ icarnatõis ñ cognouerũt. Et
Ephe. iij. dĩ. Vt innoteſcãt ꝓncipib⁹ et ptãtib⁹ i cele
ſtib⁹. et ex alijs plurib⁹ locis põt haberi. Vñ Criſ.
ſup Jo. iij. in omel. Mltũ honorati ſum⁹ ꝙ nobiſcũ
ãgeli ꝑ vocẽ iohis didicerũt. Et idẽ hĩ in glo. ſup illud
Eph. iij. Que ſit diſpẽſatio miſterij abſcõditi a ſecul̾
in dõ. ¶ Itẽ q̃ implet de lege euãgelica qd̕ ẽ d̕ dictamie
ei⁹ ꝑuẽit ad ſalutẽ. ſilr̃ d̕ lege moyſaica. ḡ pi rõe q̃ im
plebat que erãt d̕ dictamie leḡ nature ad ſalutẽ ꝑue
niebat. ſm ꝙ innuit apl̃s Ro. ij. ḡ tpe leḡ nature nõ
optebat credere ad ſalutẽ niſi qd̕ erat de dictamie le
gis nature. Sʒ deũ incarnari ⁊ eẽ mediatorẽ futurũ
nõ erat d̕ dictamie legis nature. ḡ ñ optebat hoc illo
tpe credere. Itẽ null⁹ teneť opari illd̕ ad qd̕ ñ põt
ſe erigere virt⁹ ſua opatiua. ḡ null⁹ tenebať credere
illd̕ cuius noticiã nõ poterat acq̃rere. nec ꝑ iuentõʒ.
nec ꝑ doctrinaʒ. Si ḡ tpe legis nature cognitionem
de mediatore non poterãt ꝑ ſe inuenire. nec erat qui
exterius doceret. nec adhuc erãt reuelatiões ꝓphetice.
vĩ ꝙ tũc tpis de mediatore nihil credere tenebãť. ḡ
ſine fide mediatoris poterãt ꝑuẽire ad ſaluteʒ. Cõ
tra hoc ſunt auctes multe quas magiſter adducit in

littera. et hoc ipm oñditur rõne. xp̄s ē caput toti⁹ ec
cleſie. ḡ nullus põt ſaluari niſi fiat mēbrū xp̄i. Sȝ mē
brum xp̄i nõ põt q̄s fieri niſi credat in xp̄m. ḡ ſine fi
de mediatoris nullus vnq̄ ſaluari potuit. Itē nul
lus potuit ingredi celū niſi aperta ianua. ſ ianua nõ
potuit apiri niſi p paſſionē xp̄i. ḡ null⁹ potuit ſalua
ri niſi merito paſſionis chriſti. ſ meritū paſſiõis xp̄i
nõ valet niſi eis in quibus habitat xp̄s. ſi ḡ xp̄s inha
bitat p fidem et charitatē q̄ habet ad ipm. impoſſibi
le fuit aliquē ſaluari ſine fide mediatoris. ¶ Itēȝ nul
lus põt ſaluari ſine remiſſiõe peccati originalis. ſ ori
ginale peccatū nõ põt remitti niſi p fidem vel p ali
quod fidei ſacramētū qd̄ ſit ipſius mediatoris ſignū.
ḡ nullus potuit puenire ad ſalutē añ aduētū xp̄i qui
nõ crederet mediatorē. Item nullus p̄t puenire ad
ſalutē niſi qui ſperat. nullus recte ſperat niſi q̄ credit
ad ſalutē ſe puenturū. q2 ſpes pcedit p merita ex gr̄a
⁊ meritis. Si ḡ illi q̄ pceſſerunt xp̄i aduentum ſalua
bant. credebāt ſe per merita ſaluari. aut ḡ credebāt
merita ppria ſibi ſufficere. aut meritis alienis indige
re. Si credebant ppria merita ſibi ſufficere. ḡ erre
bant ⁊ decipiebant. ḡ nõ ſaluabant. Si credebant
ſe alienis meritis idigere. ḡ habebāt fidem de media
tore. ḡ nullus ſaluari potuit p⁹ lapſum abſq3 fide re
18 dēptoris. R. dō m q ſicut multis auctib⁹ pbat ma
giſter in lr̄a. poſt lapſuȝ Ade null⁹ ſaluari potuit abſ
q3 fide mediatoris. Nullus em̄ ab illo peccato pote
rat liberari niſi p illū mediatorē crederet. vel ipſe p
ſe ſi eſſet adultus. vel alius p ipo ſi eēt paruulus. Et
ratio huius eſt. q2 cum gratia et veritas p ieſuȝ xp̄m
facta ſit. et liberatio ab illo peccato ſit p merita xp̄i. ⁊
merita xp̄i nõ ſe extēdāt niſi ad illos q̄ efficiūtur ei⁹
membra et ei copulantur p fidem. ſicut impoſſibile ē
nunc aliter ſaluari niſi ei copuletur p fidē vel p fidei
ſacramentū. ſic et impoſſibile fuit tunc aliquē p⁹ lap
ſum puenire ad ſalutē qui aliquo modo in xp̄m me
19 diatorem nõ crederȝ. Ideo aūt dico aliquo mō. q2 fi
des mediatoris põt haberi dupliciter. viȝ implicite
⁊ explicite. Explicite. Ut ſi quis crederet filiū dei aſ
ſumpturū noſtrā hūanitatē. naſciturū de virgie. paſ
ſurum in cruce. reſurrecturū tercia die. Et hoc mō ex
plicite credere nõ erat oibus oportunū. ſ his ſolum
quibus erat a deo reuelatum ſicut ſanctiſſimis patri
bus. Implicite vero credere ē expectare redēptoreȝ
futurū. Queritur aūt qualiter et quō debeat eē hoc
credere. dico q hoc credere eē debet ſm q illi crede
bāt quibus a dño ē reuelatū. et hoc quidē erat oib⁹
oportunū. Et hoc ē qd̄ dicit magiſter Hugo de ſan
cto vict. in libro de ſacramētis. Hec ſunt inquit qui
bus ab initio recta fides vnq̄ haberi potuit. credere
viȝ vnū eē deum creatorē omniū et rectorē vniuer
ſorū. ipm quideȝ nõ eē mali actorē. corū tñ qui in ma
lis ſuis miaȝ eius quererēt et expectarēt futurū redē
ptorem. Hoc ſimpliciū fidei in inicio ſuffeciſſe credi
mus. et tñ fidem natiuitatis eius. paſſiõis. et reſurre
ctionis. et aſcenſionis ſue. in hoc eos veriſſime habu
iſſe dicimus. q2 credentib⁹ et ſcientib⁹ hoc. fide et de
uotione adheſerunt. Sic ḡ concedēdū ē q nullus p⁹
lapſum ſaluari potuit abſq3 fide mediatoris. qua q̄a
pbi caruerunt ſuis meritis et virtutibus inherētes.
iõ tanq̄ ſuperbi ⁊ a xp̄i membris ⁊ meritis ſepati ex
cluſi ſunt a gaudijs paradiſi. Concedēde ſunt ḡ ra
20 tiones ad iſtam ptem adducte. ¶ Ad illud ḡ qd̄ pri
mo obi. de aucte apli. dō m q aplis preciſe nõ inten
dit determinare totū qd̄ ē ad ſalutē neceſſariū. ſ illd̄
ſine quo nõ põt eē ſal⁹. Dicit em̄ q hoc ē oportunū.
ſ ñ dicit q hoc ſit ſufficiens. Tāgit āt illa duo potiſ
ſime. q2 neceſſaria erāt omni ſtatui nature. nõ ſolum
ſtatui nature lapſe. ſed etiā ſtatui innocētie. Ad il 21
lud qd̄ obi. q fides creatoris et remuneratoris ſuffi
cienter dirigit ad ſperandū et amādū. dō m q falſuȝ
ē ſm ſtatū nature lapſe. q2 cū ſpes pcedat ex meritis
ſicut in opponēdo tactū ē. ſi quis ſperaret ſaluari ex
meritis pprijs ſiue meritis mediatoris. nõ recte ſpe
raret ſ potius pſumeret. iõ ſpes nõ ſufficienter diri
gitur p fidem creatoris et mediatoris. Similiter nec
charitas. q2 nõ tm̄ debem⁹ amare q2 creator ⁊ remu
nerator. ſ magis q2 redēptor. Ad illud qd̄ opponit 22
q multi ſaluati ſunt ſine fide paſſionis. dōȝ. q ſi loq̄
mur de fide explicita verū ē. Si de fide implicita non
ē verum. oēs em̄ ſaluādi expectauerunt redemptorē
futurū. et etiā in ſuis ſacrificijs ⁊ oblōibus hec pfi
gurabant. in quibus oibus xp̄us figurat offerend⁹.
Vñ quodā modo pfitebant facto occulte. quāuis
vbo ñ proferrent māifeſte. Similiter nõ oportebat
incarnationem explicite credere. ſ ſufficiebat crede
re q aliquis veniret q̄ genus hūanū redimere poſſȝ.
ſciret et vellet. Ad illd̄ qd̄ obi. q hõies nõ tenentur 23
noſſe qd̄ ignorāt angeli. dō m. q et ſi angeli myſteriū
incarnatiõis nõ cognouerunt ad plenum. tñ nullus
fuit beatorū quin ſciret genus hūanum eē redimen
dum. et iõ ex hoc nõ cōcludit q non oportuit fidem
habere de mediatore. ſed quia non oportuit credere
explicite. ſ ſufficiebat credere implicite. Ad illd̄ qd̄ 24
opponitur q oi tempore ſuffecit implere qd̄ fuit de
dictamie legis illius que erat in illo ſtatu. dōȝ. q hoc
ē verum ſm q hoc intelligit de lege nature. vel de le
ge ſcripture. ſm q ē adiuta dono gr̄e. Sine em̄ do
no gratie in nulla lege contingit ad ſalutem puenire.
Quāuis aūt lex nature deſtituta auxilio gratie non
poſſit aliquid dictare d ipo mediatore. put tñ ē ad
iuta p gratiā dū ſentiebat infirmitatē ſuā et miſeriā.
⁊ aduertebat dei iuſticiā ⁊ miſericordiā. ſatis dicta
re poterat q homo reparatore indigebat. ⁊ q diuina
bonitas dare diſponebat. Vñ ſemp fuerūt aliqui fa
moſi dei cultores ab initio mūdi q̄ hoc pfitebantur
ſuis oblationib⁹. ad quorū aſpectum ⁊ exemplū alij
poterant erudiri. ¶ Ad illud qd̄ vltimo opponit q 25
nõ poterāt illud ſcire p inuentionē ⁊ doctrinā iā pr̄
miſſo. q2 diuina gratia oib⁹ pſto erat. ⁊ natura ad
hoc manuducere poterat ex conſideratiõe ſue miſe
rie et curuitatis. ⁊ ex eruditione quadā generali quā
accipere poterāt a viris q̄ erant in cultu dei famoſi.
Vñ cū nõ eēt pphia nec reuelatio apta. nõ tenebā
tur oino ad fidē explicitā. Indubitant tñ verū eſt q
eis pſto erat noticia mediatoris quāta oportuna erat
ſm exigētiā tpis. tñ ex dictamie nature. tñ ex aliena
inſtructiõe. tuȝ etiam ex dei inſpiratione. q̄ ſe offert
oibus q̄ eū reqrūt hūliter. ¶ Dō. iij. c

De ſufficiētia fidei quātū ad eos q̄ aduētū xp̄i ſūt ſb
ſecuti. Et ē qō. Utrū oēs teneāt credere oēs articlos
explicite p⁹ aduētū xp̄i. Et q ſic vī. Deut. xxvij. pci
pit q lex lucide et apte ſcribat ſup lapides. Et ibi di
cit glo. q layci ⁊ ſimplices ſunt lapides. ḡ ſi ſcriptu
ra illa ē per cognitionē. videtur q layci tenentur le
gem cognoſcere lucide ⁊ aperte. ergo multo fortius
videtur q in nouo teſ. tenentur cognoſcere doctri
nā fidei catholice. ¶ Itēȝ Leuit. xiij. di d leproſo vt

offerat ſextariū ꝓ expūdatione.ibi glo.ſextarius ē ve
riſſima fidei confeſſio.vbi ſi plus ē effundit. ſi minꝰ
ē deficit. ḡ vī ad hoc ꝙ aliquis poſſit a peccatis puri
ficari ꝙ neceſſe ē habere plenā mēſuram fidei.ḡ vī ꝙ
omnibꝰ ſit neceſſariū noſſe oēs articulos explicite ⁊
diſtincte. ¶ Item ſicut ſe hʒ obediētia rſpectu precep
toꝝ.ita fides reſpectu articuloꝝ.ſʒ nō ē vera obediē
tia niſi obediat oībus p̄ceptis. ḡ nec vā fides niſi ex
plicite et diſticte aſſentiat oībus articulis. Minor ꝓ
batur ꝑ illud qd̄ dī. Gal.v. Teſtificor omni hōi cir
cūcidēti ſe ꝙ ſit debitor oīs legis faciende. Et Ja.ij.
Si totā legē ſeruauerit.offendit aūt in vno factus ē
reus omniū. ¶ Item ſicut ſe hʒ charitas ad diligēda.
ſic ſe hʒ fides ad credibilia. Sʒ charitas quantūcun
qʒ ſit pua et in quocūqʒ ſit facit amare oē qd̄ ē ama
bile.neceſſariū ē eñ cuilibet ad ſalutē ꝙ diligat ſuuʒ
ꝓximū ſicut ſeipm̄. ḡ pari rōe neceſſariū ē fidei quā
tumcūqʒ parue oēs articulos credere diſticte. ¶ Itē
nō vitatur malū niſi cognitū. ſʒ quilibʒ quātūcunqʒ
ſimplex tenet̄ vitare errorē contra quēlibet articulū.
ḡ tenet̄ credere et ſcire quēlibet articulū. Or autē te
neatur quilibet vitare errorē cōtra quēlibet articulū
manifeſtū ē. qm̄ ſi ignorātia nō excuſat in agēdis.pa
ri rōe vī ꝙ nec excuſare debeat in credēdis. Eſto etiā
ꝙ aliqua ſimplex vetula audiat ſacerdotē p̄dicantēʒ
errorē ⁊ ꝯtra aliquē articulū fidei ⁊ credit ei.ꝯſtat ꝙ
iſta nō excuſat̄.qꝛ ſi ad predicatōʒ ſui ſacerdotis cō
mitteret adulteriū vel homicidiū nequaq̄ʒ excuſare
tur.ſʒ conſtat ꝙ illū errorē quē predicat ſacerdos vi
tare non pōt niſi cognoſcat oppoſitū illiꝰ erroris eē
verū.redit ḡ illd̄ qd̄ priꝰ inferebat̄.ſ. ꝙ oēs articulos
fidei diſtincte credere cuilibet ſit neceſſariū. ¶ Item
oēs articuli equaliter artāt ad aſſentiēdū.oēs etiam
indifferenter ſe habēt ad hoc vt ꝑ auditū manifeſtē
tur. Si ḡ equaliter obligant quātū ad aſſentienduʒ.
et equaliter obligāt quātū ad auditū. vī ꝙ eodē mō
oēs articuli ſe hñt ad fidem credētis. ḡ vl' oēs tenent̄
credere vel nullū. ſʒ nō nullū credere tenent̄ qꝛ tenēt̄
credere aliquē. ḡ tenent̄ credere oēs et ſinglos. Cō
tra.ſuper illud Jo.vj. Colligite que ſupfuerūt frag
mēta ne pereāt Glo. dicit. fragmēta ſūt ſecreta my
ſteria que populꝰ cōis capere nō pōt. ḡ ſi iſta ſecreta
myſteria ſunt maxime ea que ſpectāt ad articulos fi
dei xp̄iane. vī ꝙ populus nō tenea t̄ ad ea cognoſcē
da. ¶ Itē ad hoc ꝙ aliquid ſciat̄ ſcia demōſtratiua
ſufficit ꝙ ſciat̄ in vlī et non oportet ꝙ ſciat̄ in ꝑticu
lari. Si ḡ cognitio fidei cōtēta ē minori certitudine
q̄ʒ ſit certitudo ſcīe demōſtratiue. vī ꝙ non teneatur
quis per fidē credere oēs articulos explicite. ¶ Itē
pauci ſūt niſi ſint bene pīti in theologia. qui ſciāt ar
ticulos ſymboli bene diſtinguere et numerare. Si ḡ
oēs tenerent̄ nūc oēs articulos fidei ſcire diſtincte ⁊
explicite pauci ſaluarent̄. qd̄ ē valde crudele dicere.
¶ Itē ſi oēs tenerent̄ nunc ſcire oēs articulos fidei
explicite. cū in veſ. te. nō tenerent̄ ſicut ſupra proba
tuʒ ē. vī ꝙ mlto grauior ē lex euāgelica q̄ moyſayca.
Si ḡ inconueniēs ē hoc dicere. reſtat ꝙ nō tenet̄ om
nes ad credendū ſinglos articulos explicite et diſtin
2 cte. ¶ R. dōm ꝙ oēs xp̄iani poſt aduētū xp̄i tenent̄
credere oēs articulos. Hoc āt tripliciter pōt eē. Aut
oēs credere implicite. aut oēs credere explicite. aut
q̄ſdā iplicite. q̄ſdā explicite. Credere oēs iplicite ē fi
dei diminute. ñ eñ ſufficit mō alicui q̄ hʒ vſum ra
tionis in generali credere redēptorē et remunerato
rem.adeo eñ noticia quorūdam articuloꝝ manife
ſta eſt ꝙ nullus habens vſum rōnis ignoret. niſi om
nino negligat et contēnat dei cultum et ſaluteʒ ſuaʒ.
Credere autem quoſdam implicite q̄ſdam explicite.
hoc eſt ad fidei ſalutē neceſſariū.pōt eñ fidei ſimpli
cium ſufficere. Ad illos aūt tenent̄ explicite creden
dos quos manifeſtat eis nō ſolū predicatio ſʒ etiā ec
cleſiaſticus vſus et conſuetudo.ſicut ē de vnitate et
trinitate quā poſſunt noſſe ex ipo actu ꝯſignatōis.
ꝯſignāt eñ ſe in nōie patris et filij et ſpūſſcti. Et ſi
cut eſt de natiuitate.paſſione.reſurrectiōe et pecca
toꝝ remiſſiōe.quos cognoſcere poſſunt ex ipis ſolen
nitatibus quas eccleſia celebrat et actibus ſacerdo
tum.ideo ab horū cognitione et noticia nullus rōne
vtens excipit̄.nec ignorātia excuſatur.qꝛ nō pōt eſſe
talis ignorantia ſine negligentia et cōtemptu. Alios
etiā articulos nō ita manifeſtos tenent̄ vtiqʒ crede
re implicite. Implicite aūt voco credere vt in gene 27
rali credant vniuerſaliter oē qd̄ credit ſacroſancta
mr̄ eccl̄ia.ita ꝙ in ꝑticulari a nullo illoꝝ diſſentiant.
nec aliquē articuloꝝ diſcredant. Credere aūt oēs ar
ticulos diſtincte et explicite eſt fidei iam ꝓuecte.hoc
eñ nō ē de generali fidei neceſſitate.ſʒ ſi neceſſarium
ē alicui.illis ē neceſſariū qui in cognitione fidei ꝓfe
cerūt.et illis potiſſime qui fidē alijs explicare et ma
nifeſtare tenent̄.vel etiā qui officiū docendi et p̄dicā
di aſſumūt.ſicut ſunt habētes curā animaꝝ.⁊ p̄dica
tores verbi dei.et doctores ſacre ſcripture.⁊ alij quo
ruʒ cōuerſatio verſatur circa fidei veritateʒ. Hoc tñ
nō credo eē oportunū omnibus qui ſaluāt̄. Multi
eñ ſunt boni ſimplices.qui quāuis ſint pue cognitō
nis.ſunt tñ magne deuotionis.et tales piū ē credere
ad ſalutem ꝑuenire. Et ꝓpterea concedendū ē ꝙ li
cet oportunū ſit omnibꝰ nō ſolum credere oēs arti
culos implicite.ſʒ etiā quoſdā explicite poſt aduen
tū xp̄i.nō tñ ē neceſſariū oībus maxime ſimplicibus
credere oēs explicite. Vñ concedende ſūt rōnes que
ſunt ad partem iſtā. Ad illd̄ vero qd̄ p̄mo obī in cō 28
trariū ꝙ ſuper lapides debebat ſcribi lex lucide. dō.
ꝙ illud mādatū nō erat datū laicis ſʒ illis q̄ debebāt
eos legē docere. Vñ ex hoc nō pōt cōcludi ꝙ ſimpli
ces teneantur credere oēs articulos fidei.ſʒ ꝙ illi qui
habēt curā aiaꝝ ipoꝝ tenent̄ credere.⁊ ſcire fidē ma
nifeſtare lucide et aperte. ¶ Ad illd̄ qd̄ obī ꝙ ſexta 29
rius fidei conſiſtit in plena cōfeſſiōe ipius.dō.ꝙ ſex
tariꝰ ille qui ſignat cōfeſſionē fidei in plurali .hʒ ple
nitudinē ſufficiētie ⁊ plenitudinē copie. Tūc implet̄
plenitudine ſufficiētie qñ quis oēs articulos credit
ita ꝙ nullū diſcredit. aliq̄s tñ credit iplicite. aliq̄s ex
plicite. ita ꝙ in credulitate ſua ſiue in iſtis quos cre
dit implicite. ſiue in hys quos credit explicite nihil
addit nec minuit de his q̄ credit ſancta eccleſia. et di
cit ſancta ſcriptura. et hunc ſextarium ſic impletum
dicunt omnes offerre. Tunc autem eſt plenitudo
copie qñ quis diſtincte et explicite nouit et credit ea
q̄ ſpectāt ad articl'os fidei. et ea q̄ ad ipos cōſequun
tur. et hec mēſura nō ē oīm ſʒ magis capaciū. Ad il 30
lud qd̄ obī tercio et q̄rto. ꝙ ſicut ſe hʒ obediētia rſpe
ctu preceptoꝝ et charitas reſpectu diligēdoꝝ. ſic ⁊ fi
des reſpectu credēdoꝝ. Reſpōderi pōt dupliciter. Pri
mo dō. ꝙ nō ē ſile. qꝛ cū fides ꝯſiſtat in cognitione. ⁊
cognitio pt̄ ſcire aliq̄d in vlī ita tñ ꝙ ñ ſciat in ꝑticu

ſari. ⁊ ita ſcire vno mõ ⁊ ignorare alio mõ. Põt ⁊ ip̃a
fides aliquid credere iplicite ꝙuis nõ credat expli-
cite. nõ ſic aũt eſt de obediẽtia q̃ cõſiſtit in mãdatoꝝ
executõe. nõ eñ pt mãdatum impleri in vlĩ quin im
plicet in ꝑticulari. Similiter ea q̃ charitas diligit ita
ſũt manifeſta ꝙ non poſſũt latere. Aliter pt etiã re-
deri ꝙ quodãmõ ſit ſimile. quia obediẽtia nõ tenet
oĩa mãdata exequi in ope niſi ꝓ loco ⁊ tpe. ſʒ ſuffi-
cit ꝙ ꝓmptũ reddat ⁊ volũtariũ ad exequẽdũ oĩa
cũ fuerit locus ⁊ tps. Similiter nec charitas ſpãliter
diligit vnũquẽq; ſed oĩa cõmuniter amplectit. illũ
aũt ſpãliter diligit quẽ ſpãliter cognoſcit. Ideo ex h̃
non pt concludi ꝙ aliquis per fidem teneat omnes
articulos explicite credere ſʒ implicite. Explicite aũt
cũ ſe offert oportunitas. vtpote quando aliq̃s arti-
culus illi p̃dicatur ⁊ explicat ab eo cui debet credẽ.
51 Ad illud quod opponit ꝙ non vitat malum niſi
cognitũ. dõm ꝙ verũ eſt. Sed cognitũ poteſt eẽ ali-
quid dupliciter. vel in ſe vel in alio. ⁊ ẜm hũc dupli-
cẽ modũ poteſt aliquis vitare malũ. vel ꝑ noticiam
ꝓpriaꝫ. vel per noticiam alienã. Ille aũt qui habʒ fi-
dem implicitã de aliquo articulo. ꝙuis errorẽ cõtra
iſtum articulũ non pt oĩno vitare ꝑ noticiam ꝓpriã.
poteſt tamẽ vitare per noticiã alienam. innitit eñ
hijs qui credũt articulos explicite. Unde aliq̃s ſim-
plex homo vel vetula cũ audit aliquid nouũ predi-
cari nõ debet ſtatim aſſentire. quouſq; nouerit illud
vniuerſaliter ab eccleſia teneri. Unde ꝓter remediũ
diuine inſpiratõis ⁊ oĩois ad quod ſemꝑ recurrẽdũ
eſt. habẽt ſimplices remediũ hũane inſtructõnis. ad
quod poſſũt confugere vt errores valeãt declinare.
Semꝑ eñ deus habuit ⁊ habebit aliquos iuſtos et
famoſos qui veritatem fidei ⁊ in ſe ⁊ etiã in ſimplici
bus conſeruarẽt. dum ſimplices innitũtur eis et cre-
52 dunt. Ad illd quod opponit vltimo ꝙ oẽs articu
li habẽt ſe equaliter ad aſſẽſum ⁊ audiẽtiã. dõm ꝙ ⁊ ſi
indifferẽter ſe habeãt oẽs articuli ad fidem ꝙtũ ad
aſſentiẽdi ꝓmptitudinẽ. non tamẽ equaliter ſe hñt
ꝙtum ad inſtructõem. Qd̃ eñ frequẽtius verſat añ
oculos ⁊ in auribus rudium ⁊ ſimpliciũ. meli9 ab il-
lis capitur ⁊ retinet. ⁊ aliqui articulij ſũt hmõi q̃ ita
frequẽtãtur. ſicut eſt de natiuitate xp̃i ⁊ paſſiõe ⁊ ſi-
milibus ꝙ nõ poſſũt ignorari ſine culpa negligẽtie.
non ſic aũt eſt de oĩbus alijs. ⁊ ideo nõ oportʒ oẽs
equalit explicite credi. Quis eñ habitus fidei ſit ꝑ
infuſionem. explicatio tñ eſt ꝑ doctrinã ⁊ inſtructõ-
nẽ ad quã nõ oẽs articuli ſe hñt vniformiter.

Conſequẽter querit de ꝓfectu fidei ẜm di-
uerſitatem tpm. Et circa hoc querũtur tria.
Primo vtꝝ fides creuerit ꝙtũ ad credẽdoꝝ
multitudinem. Scđo vtrũ creuerit quantũ ad lumi
nis plenitudinem. Tercio vtrũ ꝓfecerit ꝙtũ ad co-
gnitõis certitudinem.

Queſtio. j.

Utrum fides creuerit vel ꝓfecerit ꝙtum ad creden
doꝝ multitudinẽ. Et ꝙ ſic videtur Exo. vj. Nomen
meũ adonay non indicaui eis. ergo ex hoc textu patʒ ꝙ
aliquid cognouerũt patres ſequẽtes. qd̃ non cogno-
uerunt precedẽtes. quia reuelauit dñs moyſi qd̃ nõ
reuelauit patribus. ergo videt ꝙ fides noſtra aliq̃d co-
gnoſcat nũc quod fides patrũ non cognoſcebat. cre-
uit ergo fides quo ad credibilia. Itẽ ſicut lex euãgeli
ca ſe habet ad legem moyſaicaꝫ ꝙtuꝫ ad moralia. ſic
fides legis noue ad fidem veteris legis ꝙtũ ad credi
bilia. ſed euãgeliũ ſuper legem veterem addit multa
conſilia. ergo videtur ꝙ fides legis noue ſe extendat ad
plura credibilia ꝙ̃ fides legis veteris. Itẽ incar
natio xp̃i. paſſio. reſurrectio ⁊ aſcenſio. ⁊ hmõi ꝓpo-
nũtur oĩbus credenda qui ſũt in noua lege. ſꝫ h̃ non
ꝓponebãt illis q̃ erãt in lege moyſaica. ergo ⁊c. Itẽ
aliquid cognouit eccl̃ia poſt aduẽtum xp̃i. quod la-
tebat angelos. ergo multo fortius cognoſcit aliq̃d ⁊ cre
dit quod latebat hoĩes puros. videt ergo ꝙ fides creue
rit ꝙtũ ad ea q̃ per ip̃am credũtur ⁊ cognoſcuntur.
Prima manifeſtat ꝑ hoc quod dicit Eph. iij. vt inno
teſcat ꝑtãtibus ⁊ ꝑncipibus ꝑ eccliam multiformis
ſapiẽtia dei. Sed ꝯ. Tota fides xp̃iana ꝯtinet in
lege no. ⁊ tota lex noua cõtinet in veteri. quia rota ẽ
in rota ẜm ꝙ dicitur Ezechiel. j. Si ergo fides patrũ
precedentium aduẽtum xp̃i claudebat in ſe quicq̃d
erat legis veteris. claudebat ⁊ ꝑ ꝯñs quicq̃d erat le-
gis noue. videt ergo ꝙ fides ẜm tp̃a diuerſa non creue-
rit ꝙtum ad credibilia. Itẽ mutato obiecto mu-
tat habitus. ergo ſi fides ẜm diuerſa tp̃a haberet aliq̃d
obiectum nouũ. videlicet. ſi crederet aliquid quod ꝑ
us nõ crediſſet. ẜm diuerſa tp̃a mutata eſſet. Sed
fides ẜm diuerſa tp̃a nõ eſt mutata ẜm ꝙ dicit Aug
⁊ habet in litera. ergo videt ꝙ non ꝓfecit ꝙtuꝫ ad cre-
dibilia. Item oẽ qd̃ eſt verũ mõ de preterito. ali
q̃n fuit verꝫ de futuro. ergo ſicut mõ verũ eſt xp̃m eſſe in
carnatũ. natũ. ⁊ paſſum. ita verũ erat in ꝑterito cri-
ſtum eſſe incarnãdum. naſciturũ. ⁊ paſſurũ. ⁊ qua ra
tione nũc eſt credibile de preterito. eadẽ rõe erat tũc
credibile de futuro. ergo non videt ꝙ creuerit fides ꝙ-
tuꝫ ad numeꝝ credibiliũ. Item ꝙuis charitas ꝓ-
fecerit aliquo mõ ẜm intẽſionẽ ⁊ feruorem. nõ tamẽ
ꝓfecit ꝙtũ ad diligẽdorum multitudinẽ. tot eñ fue
rũt diligibilia in ve. le. quot ⁊ in noua. ergo ſimili rõe vi
det ⁊ circa fidem ⁊ credibilia. ꝙ etiã ꝓficiẽte fide. cre-
dibilia ꝓpt h̃ nõ ſint multiplicata. Rñ. dđ ꝙ credi 53
bilia multiplicari dupliciter pt intelligi. vel ꝙtuꝫ ad
nouoꝝ articuloꝝ additionem. vel ꝙtũ ad implicito
rũ explanatõem. Si primo mõ intelligat. ſic non eſt
ꝯcedẽdum fidẽ ꝓfeciſſe ꝙtũ ad credendoꝝ multipli
catõem. Si ſcđo mõ. ſic ꝓfecit ẜm ꝓceſſũ tp̃is. q2 qd̃
vno tpe credebat implicite ⁊ quaſi vno articulo. ꝓ-
ceſſu tp̃is explicatũ eſt ⁊ quaſi diſtinctũ in multa cre
dibilia. ſicut ſupra dicebat ꝙ ſufficiebat aliquo tpe
redẽptorem credere eſſe futurũ. Nũc aũt circa ip̃m
redẽptorem ſeptem articuli explicãtur. ⁊ multa ex il
lis cõſequentia et eis annexa manifeſtãtur. Et h̃ eſt
qd̃ dicit mgr̃ Hugo de ſãcto victo. in li. de ſac. Ante
legẽ inquit deus creator credebat. ⁊ ab eo ſalus ⁊ re
dẽptio expectabat. ꝑ quem aũt ⁊ quõ eadẽ ſalus im
plenda ⁊ ꝑficiẽda foret. exceptis paucis quibus hoc
ſcire ſingulariter in munere datũ erat. a ceteris fide-
libus nõ cognoſcebat. Sub lege aũt ꝑſona redẽpto
ris predicabat mittẽda. q̃ aũt ip̃a ꝑſona foret. hoc ẽ
vel hõ. vel angelus. vel deus. nõdum manifeſtabat.
ſoli eñ hoc cognouerũt qui ꝑ ſpm̃ illuminati fuerũt.
Sub gratia aũt manifeſte iam ab oĩbus p̃dicatur ⁊
credit. ⁊ modus redẽptõis. ⁊ qualitas ꝑſone redem
ptoris. ⁊ ſic patet ꝙ fides ꝓfecit ꝙtum ad credibiliũ
multitudinem. nõ noua addẽdo. ſed quodãmõ im-
plicita explicando. Qualitas eñ ꝑſone redẽptoris
⁊ modus redẽptionis ſciri nõ potuit apte. niſi qua-
dam articulorum multitudine ⁊ diſtinctõe. Con-
cedẽde ſũt ergo rõnes ad primã ꝑtẽ inducte q̃ oſtẽdunt.

fidẽ aliquo mõ ꝑfeciſſe ſm credibiliũ multitudinez.
54 Ad illud vero qd̕ primo obijciẗ in cõtrariũ ꝙ lex
noua eſt in veteri ſicut rota in rota. dd̕ ꝙ rota nõ hꝫ
eſſe in rota niſi ſm implicatõnẽ quãdã. qꝛ qd̕ in lege
noua eſt explicite. in ve. le. erat implicite. Vñ ex hoc
nõ ſequiẗ ꝙ fides in lege noua nõ ꝑfecerit ſm articu
loꝝ multitudinẽ explicãdo ꝑ multos qd̕ in vno cõti
nebaẗ implicite. ſed ꝙ nõ credit addẽdo aliqd extra
neũ qd̕ quidẽ in lege veteri nec explicite nec implici
55 te fuiſſet contẽtuꝫ. ¶ Ad illud qd̕ obijciẗ ꝙ mutato
obiecto mutaẗ habitus iã pꝫ reſpõſio. qꝛ iſta multipli
catio articuloꝝ ſm quã dicim⁹ fidẽ ꝑfeciſſe nõ mu
tat obiectũ ſm ſbam. ſed ſolũ ſm accñs. qꝛ implicitũ
explicat. et iõ ex hoc non pt inferri ꝙ fides eſſẽtialiẗ
56 ſit mutata. ¶ Ad illud qd̕ opponiẗ ꝙ oĩa que credi
mus de pterito fuerũt credibilia de futuro. dd̕ ꝙ ve
rũ ẽ. ſ licet oĩa illa q̃ nũc credim⁹ ab aliquib⁹ ex ſpãli
munere dei cognoſcerẽtur ⁊ crederẽtur explicite. vni
uerſitati tamẽ ppli nõ ꝓponebãtur credẽda niſi im
plicite. vnde ⁊ ppls cõiter expectabat meſſiã ſiue re
dẽptorẽ nihil cogitans de filij dei incarnatõe. vł paſ
ſione. vel reſurrectõe. Nũc aũt hec oĩa ſũt explicita.
nec tñ ſũt credibilia. immo actu credita ⁊ ad credẽ
dũ ꝓpoſita. ⁊ q̃tũ ad hoc dicim⁹ ea eſſe multiplicata.
lꝫ q̃tũ ad veritatẽ rei nõ ſint augmẽtata. ¶ Ad illd̕
57 qd̕ obijciẗ ꝙ charitas nõ ꝑfecit q̃tũ ad numerũ. dd̕
ꝙ ſi loquamur de iſto mõ ꝑficiẽdi ꝓcedi pt eodẽ mõ
de charitate ſicut ꝓceſſũ eſt de fide. qm̃ in lege vete.
nõ ꝑcipiebaẗ diligi inimic⁹ niſi implicite. ſed hoc in
lege euãgelica explicaẗ. ſic ⁊ in fide ſuo mõ intelligẽ
dũ ſicut prius tactũ eſt. Loquimur eñ hic de profe
ctu fidei ⁊ charitatis ꝑ cõparatiõem ad cõem ppli ſta
tũ. nõ q̃tũ ad priuilegiũ ſpãle quarũdã ꝑſonaꝝ.

¶ Queſtio. ij.

Vtrũ fides ꝓfecerit q̃tũ ad luminis plenitudinez?
Et ꝙ ſic videẗ primo aucte Greg. in quadaz omelia
ſup illud Luce. Beati oculi qui vidẽt q̃ vos videtis.
ibi grego. Scd̕m incremẽta tpm. creuit ſciẽtia ſacto
rũ ſpũaliũ pꝛm. Et quãto aduẽtui ſaluatoris vicinio
res extiterũt. tãto mÿſteriũ ſalutis plenius ꝑceperũt.
ꝯ pleniori lumine cognouerũt. ſ nõ cognouerũt niſi
fide. ꝯ creuit fides q̃tũ ad lumis plenitudinẽ. Itẽ
ſm ꝓfectũ tpis creuit ꝓphia q̃tũ ad illuminatõnis
plenitudinez. ꝯ ꝯſimili rõne videẗ hoc debere reꝑiri
in ipa fide. Prima ꝓbaẗ ꝑ hoc qd̕ dicit dauid ꝓpha.
Super ſenes intellexi. Et iterꝫ. Sup docẽtes me in
tellexi. Et actuũ. ij. dixit petrus. Nõ ſicut eſtimatis
hij ebrij ſũt. ſed hoc eſt qd̕ diciẗ ꝑ ꝓpham Iohel. Et
erit in nouiſſimis diebus effũdã ⁊c. Si ꝯ ſm maiorẽ
ſpũs effuſionẽ creſcit mentis illũinatio. videẗ ꝙ ipa
fidei cognitio ſm tpis diuerſitatẽ creuerit q̃tũ ad lu
minis plenitudinẽ. Itẽ clarius videẗ vnũquodꝙ
ad preſẽtiã lucis q̃ ad pñtiã vmbre. ſ in no. le. fuit
ipius veritatis exhibitio. in ve. vero fuit ipius veri
tatis obumbrãtis pñguratio. ꝯ ſm tps no. le. maior
ſit in cognitõe fidei luminis plenitudo. Itẽ maior
illuminatio fidei habet ortũ a duplici pncipio. vide
licet. vel a gratia interius inſpirãte. vel ab inſtructõe
exterius manuducẽte. ſed tpe legis noue abudãtior
eſt gratie effuſio in ſacramẽtis. ⁊ clarior inſtructõ in
euãgelicis ⁊ aplicis documẽtis. ꝯ videẗ ꝙ in ipa fi
de ſm tps gratie maior ſit plenitudo lumis. Sed
ꝯ. Qd̕ eſt ſupra tps nõ mutaẗ nec ꝑficit nec deficit
in tpe. ſ illuminatio fidei innitiẗ pme veritati ꝓpter
ſe ⁊ ſup oĩa q̃ eſt oĩno ſupra tps. ꝯ vr̃ ꝙ fidei cognitõ
ſm tpis diuerſitatẽ nec ꝑficiat nec deficiat q̃tuꝫ ad
luminis plenitudinẽ. ¶ Itẽ videẗ ꝙ fides nõ ſoluꝫ
nõ ꝑfecerit ſm luminis plenitudinẽ. imo potius de
creuerit. qꝛ maior eſt illũinatio que reuelat magis oc
cultũ q̃ que reuelat magis manifeſtũ. ſed fides ante
aduẽtũ xp̄i faciebat cognoſcere redẽptorẽ ⁊ media
torẽ. ⁊ hoc quidẽ multo magis erat occultuꝫ q̃ poſt
aduẽtum ipius. ꝯ videẗ ꝙ ipa fides ampliori ⁊ per
fectiori lumine tũc tpis ꝑfũderet mẽtẽ. ¶ Itez ma
ior eſt illuminatõ que facit ꝓcognoſcere futura q̃ q̃
facit rememorari pterita. ſed fides in antiqs patri
bus faciebat futura ꝓcognoſcere. in nobis facit pte
rita rememorari. ꝯ amplioris et ꝑfectioris lũis erat
tũc q̃ nũc. ¶ Itẽ tãto amplior eſt illũinatõ ⁊ maior
q̃to lumẽ ſuũ magis cõmunicat. ſed fides ſequẽtiuꝫ
magis cõfirmaẗ ꝑ fidẽ patrũ ꝓcedẽtiũ. ꝯ cũ priores
cõmunicant illuminatõem ſuã poſteriorib⁹. nõ ecõ
uerſo. vr̃ ꝙ maior fuerit in eis luminis plenitudo.
¶ R⁹. dd̕ ꝙ ſm diuerſitatẽ tpm creuit fides q̃tũ ad 58
luminis plenitudinẽ. intelligẽdo de fide ſm ſtatum
cõem. hoc aũt nõ eſt ꝓpter ipoꝝ tpm trãſmutatõem
primo ⁊ principaliter. ſed ꝓpter veritatis exhibitõez.
ꝓpter maiorẽ gratie diffuſionẽ. ꝓpter planiorẽ inſtru
ctionem. iõ eñ credẽtes clari⁹ nũc ea q̃ credunt co
gnoſcũt q̃ antiquitus cognoſcebãt. qꝛ iã eſt veritas
exhibita ꝑ xp̄m. iã etiã gratia ſpũſſancti amplius dif
funditẽ in ſacramẽtis noue legis ꝓpter xp̄i meritum
⁊ preciũ iam ſolutũ. Iam etiã nũc fides aptius ꝑdi
caẗ ⁊ doceẗ. ꝓbaẗ ⁊ defendiẗ ꝑ euidens diſcipuloꝝ
xp̄i ⁊ eius ſeq̃ciũ documẽtũ. Vnde cõcedẽde ſũt rõ
nes q̃ hoc oſtẽdunt. Ad illud vero qd̕ obijciẗ ꝙ il 59
luminatio fidei ⁊ ipa fides eſt ſupra tps. dd̕. ꝙ lꝫ ſit
ſupra tẽpus q̃tũ ad rõem mouẽtem. qꝛ innitiẗ pme
veritati ꝓpter ſe. tamẽ q̃tũ ad ipm intellectũ credẽ
tem ⁊ affẽctiẽtem volũtarie reſpicit ſtatũ vie. ⁊ ita q̃
dammõ tpis varietatẽ. qꝛ ſtatus vie ſm diuerſa tpa
variari habet. ⁊ ideo ſicut videmus ꝙ in vno homie
fides creſcit ⁊ ꝑficit paulatiue. ſm ꝙ hõ magis ac ma
gis ſe diſponit ad fidei ſuſceptõem. ſic etiã in diuer
ſis tpibus ꝑficit fides ſm ſtatũ cõmunem. qꝛ ſm ꝓ
fectũ tps efficiebãtur hoĩes magis ydonei ad ꝑcipiẽ
da ⁊ intelligẽda ſacra fidei. ¶ Ad illud qd̕ obijcitur 40
ꝙ maior eſt illuminatio q̃ manifeſtat magis occul
ta. dd̕ ꝙ illud habet veritatẽ ceteris parib⁹. ſed aliq̃
illũinatõ adeo pt illuminare ad videndũ rez manife
ſtã ꝙ excedit illã q̃ illuminat ad cognoſcẽdã rez oc
cultã. ſicut viſio patrie excedit fidẽ. Pt etiã aliẗ di
ci ꝙ occultũ aliquid diciẗ dupliciẗ. vel a pte cogno
ſcẽtis. vel a pte rei cognite. Cũ ꝯ diciẗ ꝙ maior eſt il
luminatio q̃ facit cognoſcere magis occultum. dd̕m
ꝙ ſi intelligatur a parte rei cognite tunc habet ve
ritatem. vtpote ſi illud quod erat occultũ faciat ma
gis manifeſtum. Si vero a parte cognoſcentis hoc
modo non habet veritatem in propoſito. quia fides
precedẽtium aduẽtum xp̄i non faciebat de magis oc
culto magis manifeſtũ. immo qd̕ erat occultuꝫ in ſe
remanebat occultũ ipi cognoſcẽti. Ad illd̕ qd̕ obijẗ 41
ꝙ maior ẽ illuminatõ q̃ faẗ ꝓcognoſcere futura q̃ q̃
faẗ rememorari pterita. dd̕ ꝙ verũ ẽ de illis pteritis q̃
ſbiacent hũane ꝯſideratõi. De hijs eñ aũt q̃ ſũt ſupra
rõnẽ veritatẽ nõ hꝫ. De talib⁹ eñ ꝯſueuit dici ꝙ nõ
ſolũ ꝓphia futuroꝝ. ſed etiã pteritoꝝ. ſic ꝓphetauit
moyſes dixit. In pncipio creauit de⁹ celũ ⁊ terrã

Et elizabeth Luce .j. Beata q̄ credidiſti ꝛc̄. ꝛ reſpe-
ctu taliū ē fides. ꝑ fidē eīn credit̄ ꝙ de⁹ fuerit hō paſ-
ſus ꝛ mortu⁹. ꝛ ꝙ reſurrexerit tercia die. ꝛ h̄ excedit
n̄ale iudiciū. nec ad hui⁹ cognitōem ꝑuenire p̄t hō ꝑ
ea q̄ ſēſu cognouit ſ ꝑ ea q̄ dn̄s inſpirauit. Unde ꝙ-
uis fides nr̄a ſit p̄teritoꝝ. poti⁹ tn̄ dici dꝫ diuia illu-
42 minatio ꝙ dicat̄ p̄teritoꝝ rememoratio. ¶ Ad illud
qd̄ obr̄ ꝙ illuminatō p̄cedētiū magis cōicat̄ ꝙ illūi-
natio ſequētiū. dō ꝙ h̄ accidit. ſic lucerna poſita ſuꝑ
cādelabrū magis illuminat ꝙ ſi multe ponerent̄ ſb
modio. ꝑ hūc modū paciā Job ꝛ thobie plures mo
uet ꝛ dirigit ad veritatē ꝙ patiētia multoꝝ alioꝝ q̄-
rū virt⁹ pl⁹ claruit apd̄ deū. Et ſm̄ iſtū modū illumi
natio patrū p̄cedētiuꝫ magis cōicat̄ ꝙ illūinatō ſe-
quētiū. q2 ſequētes a p̄oꝛib⁹ accipiūt exēplū bn̄ viuē-
di ꝛ credēdi. nō ecōuerſo. ſicut diſcipul⁹ doctrinā ac-
cipit a mḡro. Qui ſi bon⁹ eſt p̄t dicē cuꝫ dauid. Suꝑ
oēs docētes me intellexi ꝛc̄.

¶ Queſtio .iij.

Utrū fides creuerit q̄tū ad ſēſus certitudinē: Et ꝙ
ſic vr̄. Certi⁹ aſſētit̄ ei qd̄ clari⁹ cognoſcit̄. ſ fides ſꝫ
diuerſitatē tꝑm ꝓfecit in claritate cognoſcēdi. ḡ i cer
titudie aſſētiēdi. Itē tāto certi⁹ aſſētit̄ ei quāto cer
tioꝛ eſt in ſe. ſ neccīū certi⁹ ē ꝙ ꝯtingēs. ḡ fides q̄ eſt
de neccīo certioꝛ ē q̄ȝ fides q̄ ē de cōtingēti. ſ fides q̄
credim⁹ xp̄m eē paſſū ē de neccīo. fides q̄ crediderūt
xp̄m eē paſſurū fuit de ꝯtingēti. ḡ certioꝛ ē fides poſt
ꝙ triplex ē affectus. vnus a charitate elicitus. quo q̇-
dē opto alicui bonũ ſũmũ. Ali⁹ impatus. quo opto
alicui terrenũ bonũ. Tercius vō annex⁹. q̇ delector
in alterius bono. qui magis tenet rōem paſſionis ꝙ̄
motus. Et cũ ſit triplex affectus. ordo charitatis pāſ
ſignatus rſpicit affectũ a charitate elicitũ pn̄cipalr̄.
qꝛ magis mihi debeo optare beatā vitā ꝙ̄ alij. et ꝓ⁹
me magis patri meo ꝙ̄ alij. et ſic vlterius ꝓcedēdo.
affectũ vō impatũ reſpicit minus pn̄cipalr̄. Uñ pro
diuerſis oportunitatib⁹ et cōditionib⁹ ordo quātuꝫ
ad illũ affectũ pōt variari et ꝑpoſterari. Affectuꝫ vō
ānexũ q̇ eſt paſſio mulcebris. mīme rſpicit ordo cha
ritatis. qꝛ ille potius reſpicit ſenſibilē expientiā ꝙ̄ ra
tiōis eligētiā. ſicut patꝫ. qꝛ plus delectat aliq̇s et gau
det in reſpiciēdo ſociũ quē videt pñtem. ꝙ̄ in recolē-
do patrē qui abſens ē. ꝙ̄uis ipm magis diligat. cui⁹
ſignũ eſt ꝙ ꝓ patre faceret multa maiora. Similiter 40
ex pte effectus diſtinguēdũ ē. Nā quidā ē effectus ſi
ue beneficium qui reſpicit pſonā ſingularē. et ille du
plex ē. Un⁹ eñ ē qui reſpicit aīe ſalutē. Ali⁹ vō q̇ re
ſpicit ſuſtētationē vite pſentis. Quidā ē effect⁹ qui re
ſpicit pſonā ſpūalē ↄmūēꝫ. ſicut collatio bñficij eccle
ſiaſtici. et ſic triplex ē effectus exterior. Unus q̇ eſt ꝓ
curatio eterne ſalutis. Alius qui eſt releuatio tpalis
neceſſitatis. Tercius vō qui ē cōmiſſio beneficij ec-
cleſiaſtici. qui ē quodāmō ſpūalis. Primũ aũt iſtoꝝ
effectuũ reſpicit ordo charitatis pn̄cipalr̄. pmo eñ
debeo procurare ſalutem meam ꝙ̄ ſalutem ꝓximi.
et primo ſalutem patris ꝙ̄ alicuius alterius. et ſic
deinceps ꝓcedēdo. Scđm vero effectũ rſpicit min⁹
pn̄cipaliter. qꝛ ſm diuerſas oportũitates pt et debet
hō magis et min⁹ eē beneficus in collatiōe alic⁹ cō-
modi tpalis. Terciũ vero effectũ q̇ ē collatio alic⁹ be
neficij eccleſiaſtici mīme reſpicit ordo charitatis. in
collatiōe eñ taliũ bñficioꝝ multũ attēdēda ē meriti
dignitas. et par aut nihil ſanguis ꝓximitas. Ueren
dũ eñ valde ē ne ſub pallio charitatis. affect⁹ lateat
carnalitatis. Ex his patēt oīa que dicta ſũt. ¶ Ad il- 41
lud eñ qḋ pmo obī de affectu amicabili q̇ ē ad ſociũ
magis ꝙ̄ ad fratrē iā patꝫ rñſio. qꝛ illud intelligit de
affectu q̇ ē cuiuſdā mulcebris cōplacētie. rōe cui⁹ pl⁹
dlectat hō habitare cũ bono ſocio ꝙ̄ cũ fratre vl̄ cũ
ↄſanguineo. ¶ Ad illḋ qḋ obī ↄ̄ hoc ꝙ pl⁹ delectat 42
hō loqui cũ amico ꝙ̄ loq̇ cũ deo. ſilr iā patꝫ rñſio. qꝛ ta
lis dlectatio ſeq̇t ſenſibilē expientiā. Et qꝛ ꝓximum
ſuũ videt. deũ āt nō videt. hinc ē ꝙ pl⁹ dlectat aliq̄ñ
alloq̇ ꝓximũ ꝙ̄ orare deũ. licet multo pl⁹ dñm diligat
ꝙ̄ amicũ ſuũ. Licet aũt iſte affect⁹ in viris carnalib⁹
q̇ huic mūdo dediti ſũt aliq̇ mō ſit tolerabilis. in vi-
ris tñ ſpūalib⁹ quoꝝ ē experiri ꝙ̄ ſuauis et dulcis ē
dñs valde ē rephēſibilis. ꝛ cũ magna diligētia dꝫ ex
tirpari. Ad illḋ qḋ obī ꝙ effect⁹ non ē in ptāte nr̄a. 43
dō. ꝙ ꝛ ſi nō ſit in ptāte nr̄a effectũ exteri⁹ īpēdere. ē
tñ in ptāte nr̄a ipm effectũ velle. et q̄ñ voluñtas pfec-
ta ē. ꝓ facto reputat. et iō defectus potētie in exeq̄n
do. nō tollit ordinē charitatis. q̇ quātũ ad effectũ ex-
teriorē hꝫ attēdi. ¶ Ad illḋ qḋ obī ↄ̄ bñficio ꝓbēdali
iā patꝫ rñſio. qꝛ q̄tũ ad illũ affectũ minime (vt dictũ
eſt) attendit ordo charitatis.

Diſtinctio. xxx. de charitate q̄tũ ad meriti pfectionē.

Hic ſolet queri quid potius ſit ꝛc. Supra egit mgr̄ de charitate q̄ntũ ad eēntiā et diffinitionē. et quātuꝫ ad diligibiliũ diſtinctionē et quantũ ad ordinē. Hic ſequit quarta ps in qua agit de eadē q̄ntũ ad meri-ti pfectionē. Diuiditur aũt pars iſta in duas ptes. In quaꝝ prima determiat de pfectiōe charitatis in meri-

to quantũ ad eius motus compatos ad inuicẽ. vtpote de dilectiõe amicoꝝ et inimicoꝝ. In secũda vero agiť de eadẽ in cõpatiõe ad diligẽtẽ. ibi. Illd võ qd sequiť magis nos mouet. ꝛc. Prima ps diuidiť in tres ptes. In pma mouet qõez et determiat ſm suã opioez. In scda vero itroducit autoritatẽ Aug. q sue rñsiõi vĩ obuiare. ibi. Aug. tñ sentire vi. In tercia vo predictã auctem explanat. ibi. Ecce hic haberi vĩ qd ꝓtaxauim⁹. Silr scda ps tres hz ptes. In quarũ pma itroducit qõez q ex auctibus Aug. hz originẽ. q queriť de dilectiõe inimicoꝝ in cõpatõe ad diligẽtẽ. In scda vero ponit determiatiõnẽ quoꝝdã. ibi. Quidã qd hic dĩ simpliciť tenere volẽtes. In tercia subiungit determinationem suam. ibi. Sed melius est vt intelligatur ꝛc.

XXX.

Mouet qõem et determiat ſm suã opinionez. Vtꝝ meli⁹ sit diligere amicos q̃ȝ inimicos vľ ecõuerso. a

Hic solet queri qd poti⁹ sit plurisq̃ȝ meriti. diligere amicos an diligere inimicos. Sȝ hec cõpatio ꝯplicita ẽ. Si eñ ꝯferať dilectio amicoꝝ tñ dilectioni amicoꝝ et etiã inimicoꝝ. ꝑspicua ẽ absolutio. Sȝ si in aliquo vno hoĩe q diligit silʼ amicũ ꝛ inimicũ qd horũ poti⁹ sit querať. [a] obscura est rñsio. qꝛ de motu mentis agiť de quo nõ ẽ nobis facile iudiciũ. an vn⁹ et idẽ mot⁹ sit erga amicũ et inimicũ. sȝ erga amicũ intẽsioꝛ. an duoꝝ vn⁹ erga inimicũ q diciť difficilioꝛ. alter erga amicũ q vř feruẽtioꝛ. Nec incõgrue putať melioꝛ qui ẽ feruẽtioꝛ. Vel si vn⁹ idẽq̃ȝ ẽ. idẽ potioꝛ vbi ẽ ardẽtioꝛ nõ iprobe extimať. a

Introducit autoritatẽ Aug. que sue rñsiõi videtur obuiare. b

Aug. tñ sentire vř mai⁹ eẽ diligere inimicũ q̃ȝ amicuȝ. q ꝑfectoꝝ eẽ dicit diligere inimicos et benefacere eis. neq̃ȝ hoc a tãta mľtitudĩe ipleri quãta exaudiť ĩ oꝛõe dñica cũ dř. Dimitte nobis debita nr̃a sicut et nos dimittim⁹ dbitoꝛib⁹ nr̃is. Illã eñ spõsionẽ dicit a multis ipleri q nondũ diligũt inimicos. Ait eñ sic. Magnuȝ ẽ erga eũ q tibi nihil mali fecerit eẽ beniuolũ et beneficũ. Illud mľto grãdi⁹ et magnificẽtissime bonitatis ẽ vt tuũ inimicũ diligas. et ei qui tibi malũ vult. et si põt facit. tu semꝑ bonũ velis. faciasq̃ȝ qd possis. audiẽs dicẽtẽ iesuȝ. diligite inimicos vr̃os. et benefacite his q odiunt vos. et orate ꝓ ꝑsequẽtibus et calũniantib⁹ vos. Sȝ qm̃ ꝑfectoꝝ filioꝝ dei ẽ istud quo qdẽ se dȝ oĩs fidelis extẽdere. et hũanũ animũ ad hũc effectũ oꝛãdo dñ. secũq̃ȝ agẽdo luctãdoq̃ȝ ꝑducere. Tamẽ qꝛ h tã magnũ bonũ tãte multitudĩs nõ ẽ q̃nta credim⁹ exaudiri cũ dř in oꝛõe dimitte nobis debita nr̃a sicut et nos dimittim⁹ debitoꝛib⁹ nr̃is. [b] proculdubio v̱ba spõsionis h⁹ ipleñť. si hõ q nõdũ ita ꝑfecit vt etiam diligat inimicũ. tñ qñ rogatur ab hoĩe q peccauit

Aug. i ench. — Math. vj. — Luce. vj. — a — b

1 a Obscura ẽ rñsio ꝛc. Hoc vĩ eẽ simpliciter falsuȝ. qꝛ cũ actus diuersificenť ꝑ obiecta. ꝛ amic⁹ ꝛ inimic⁹ sint diuersa obiecta. diuersa diligibilia. ipossibile ẽ q amicũ et inimicuȝ q̃s diligat vno motu. Itẽ vt⁹ siplex ꝛ finita ad q̃cũq̃ȝ se ꝯuertit. totaliť se ꝯuertit. ꝫ hõ diligẽdo amicũ cõuertiť se ad ipȝ. ꝫ ñ vĩ q vno et eodẽ motu simul et sel possit diligere inimicũ. R. dõȝ. q q̃uis illud qd dicit mgr hic nõ sit vsq̃ȝquaq̃ȝ bene intelligibile. possum⁹ tñ vtrũq̃ȝ exponere et ipm saluare dupliciť. primo sic. cõuenit eñ erga aliquẽ affici dupliciter. vel ꝓprie ꝛ distincte et sub ꝓpria ratiõe. vľ in quadã generalitate cũ alijs. Sicut verbi grã dupliciť põt q̃s affici in amãdo petrũ. Aut qꝛ spãliter afficiť circa ipm. aut generaliter cogitat oẽm hoĩez eẽ diligendũ. et generaliter circa oẽm hoĩem afficitur ſm q exigit ordo charitatis. Si primo mõ accipiať motus dilectõis in amicũ. sic nõ pt vn⁹ et idẽ mot⁹ q ẽ in amicũ eẽ in inimicũ. sicut rões inducte oñdunt. Si vo scdo mõ. sic pt eẽ idem. et hoc mõ accipit mgr cũ dicit q põt eẽ vn⁹ respectu vtriusq̃ȝ. Aliť aũt põt sustineri vt distinguam⁹ q dupliciter cõtingit vim aliquã moueri in obiectũ. Aut motu simplici et absoluto. aut motu collatiuo et qdã mõ cõposito. Si loquamur de motu simplici et absoluto. sic nõ põt vn⁹ et idẽ eẽ in amicũ et inimicũ. imo diuersi sũt. quoꝝ vn⁹ est intensioꝛ et alter remissioꝛ. Si vo de motu collatiuo quo q̃s afficiť circa aliqua duo vnũ alteri ꝑponẽdo. sic põt eẽ motus vnus ſm q dicit mgr ſm aliqd sui itẽsioꝛ. ſm vo aliquid remissioꝛ. ſm hoc patȝ rñsio ad ea q obijciunť. nã illa duo ꝓcedũt de actu simplici et absoluto q ẽ respectu vnius obiecti tñ. actus vero collatiu⁹ põt eẽ respectu duoꝝ sub rõe vni⁹. Ad illud qd obĩ q vt⁹ affectiõis nõ põt silʼ conuerti patȝ rñsio. Ex hoc eñ nõ cõcludiť q nõ possit eẽ vn⁹ mot⁹ collatiu⁹. qꝛ in eo ẽ repire pus et posterius.

2 b Proculdubio verba spõsionis h⁹ impleñť. ꝛc. Contra. Si nõ dimittit anteq̃ȝ rogeť. seruat irã ꝓprimo. ꝛ si seruat irã. charitatẽ nõ hȝ. ꝫ in oratiõe sua nõ est dign⁹ exauditiõe. nec vĩ q oret recte. Item sicut in ꝓcedẽtib⁹ ꝓbatũ ẽ oẽs teneñť inimicos suos diligere etiã inimicicias exercẽtes. ꝫ oẽs teneñť eis etiam nõ rogati offensas dimittere. R. dõ. q ẽ dimittere rancorẽ. et dimittere signa rancoris. Dimittere rancorẽ necessitatis

in cū vt ei dimittat. dimittit ex corde. q̄ etiā sibi rogā-
ti vult dimitti. cū orat et dicit. Sicut ⁊ nos dimittim⁹
debitorib⁹ nr̄is. Quicūq̧ vō rogat hōiez in quē pec-
cauit. si peccato suo moueť vt roget. nō ē adhuc ōpu
tand⁹ inimicus vt eū diligere sit difficile. sicut erat qñ
c inimicicias exercebat. Quisquis vō rogāti et penitē
ti nō dimittit. ñ estimet a dn̄o sua peccata dimitti. q̄
mētiri veritas ñ pt. Que cū docuisset orōz hāc. in ea
positā sentētiā ꝯmēdauit dicēs. Si dimiseritis hōib⁹
peccata eoꝝ. dimittet ⁊ vob pr̄ vr̄. Si vō nō dimiseri
tis. nec pr̄ vr̄ dimittet vobis pctā vestra.

¶ Predictā Aug. autoritatē explanat. c

Ecce hic haberi vr̄ qd̄ ⁊ ptaxauim⁹. s. maioris v̄tutis
eē diligere inimicū et benefacere ei. q̄z illū q̄ nihil ma-
li fecit nob vel amicū. Q̄z si q̄s cōcedere simpliciť no-
luerit. dicēs intēsi⁹ diligiť amic⁹ q̄z inimic⁹. ⁊ ideo illō
poti⁹ isto. determiet ista s̄m p̄missaꝫ itelligētiā dicēs.
ibi cōparationē factā inť dilectionē qua diligiť tm̄ ami-
cus. et illā qua amic⁹ et inimicus diligiť.

¶ Introducit qōz q̄ ex autoritate Aug. hꝫ origiez.
qua q̄riť de dilectōe inimicoꝝ q̄tū ad diligētē. d

Questio. Illō vō qd̄ sequiť magis nos mouet q̄ scꝫ dicit nō eē
tāte mltitudis diligere inimicos. q̄nta exaudiť cū dr̄.
R. Dimitte nob debita nr̄a ⁊c̄. vbi dat intelligi q̄ alicui
a dō dimittūť pctā nō diligēti inimicū. si tm̄ fratri ro-
gāti q̄ in se peccauit dimittit. Sꝫ cū pctā nō dimittāť
alicui adulto nisi charitatē hēat. seq̄ť vt charitatez ha
beat q̄ nō diligit inimicuz. Quō ḡ nōie ꝓximi ois hō
Math. xxij. et Deut. vj. itelligiť i illo mādato. diligas ꝓximū tuū sicut teipꝫ.
Si em̄ ois hō ꝓxim⁹ ē. tūc ⁊ inimic⁹. p̄cipimur ḡ et ini
micos diligere. Et q̄z illud p̄ceptū generale ē. oib⁹ p̄ci
piť oēs hōies diligere etiā inimicos.

¶ Ponit determinationē quorundā. e

Quidā qd̄ hic diciť simpliciter tenere volētes illud p̄
ceptū ōterminā dicētes. illic pfectis dari in p̄ceptum
diligere oēz hōiez etiā inimicū. minorib⁹ vō in ꝯsiliū.
in p̄ceptū vō diligere q̄ nihil mali fecerūt eis et inimi-
cos ñ odire. ¶ Subiūgit dermiatōz suā. f

Sꝫ meli⁹ ē vt itelligať oib⁹ illo mādato p̄cipi cūctos
diligere etiā inimicos. cui sensui attestāť supi⁹ posite
Aug. autoritates et alie mlte. Illō vō Aug. nouissime posi
tū. ō pfecta charitate dictū itelligiť. q̄ tātū ē pfectoꝝ.
q̄ nō solū amicos. sꝫ etiā inimicos pfecte diligūt eisq̧
benefaciūt. Que pfectio dilectiōis nō ē tāte mltitudi
nis quāta exaudiť in orōe dn̄ica. ⁊ hoc reuera grāde ē
⁊ eximie bonitatis. s. pfecte diligere inimicū. Ita ⁊ cū
dicit ipleri v̄ba illi⁹ spōsiōis ab hōie. q̄ non ita pfecit
vt diligat inimicū. de dilectiōe pfecta accipiēdū est.

est. et ad hoc oēs obli-
ganť. et ad hoc teneť
hō siue inimic⁹ repug
net siue veniā petat.
Dimittere aūt ñ soluz
rancorē s̄ et signa ran
coris. hoc pfectōis ē.
nec ad h̄ teneť hō nisi
in casu vicꝫ qñ deuote
⁊ hūiliter venia postu
lať. Et de hac dimis-
siōe loquiť Aug. Ob-
iectiōes aūt currūt de
alia. et ꝑ hoc patēt tā
littera q̄z obiecta. c 5
Quisquis vō roganti
⁊ penitēti nō dimittit.
non estimet a dn̄o sua
pctā dimitti. Contra.
vr̄ s̄m hoc q̄ ois qui
seruat rancorem erga
ꝓximū q̄ cōtra seipm̄
oret. q̄z cum nolit aliꝗ
dimittere. iā petit ex ꝯ
sequēti q̄ nec de⁹ di-
mittat sibi. Et q̄ petit
q̄ de⁹ nō dimittat pec
cat mortaliter. ḡ ois q̄
ē in rācore et dicit ora
tionē dn̄icā vr̄ morta-
liter peccare. R. dōz.
q̄ ois qui orōz dn̄icaz
ex corde dicit. itēdit ꝑ
eā impetrare collatio-
nē bonoꝝ et r̄misiōz
maloꝝ. et q̄ hoc inten
dit a dn̄o exequi. con-
stans ē q̄ aut penitet.
aut ꝓponit aliqñ pe-
nitere. licꝫ ḡ aliq̄s odi
um habeat. tm̄ dicēdo
orōz dn̄icam nō icur-
rit offensaꝫ mortaleꝫ.
q̄z nō intēdit petere q̄
fiat sibi s̄m malaꝫ vo-
lūtatē quā nūc hꝫ. sed
s̄m volūtatez bonam.
quā et si tūc nō habe-
at. intēdit tm̄ dei auxi-
lio aliqñ obtinere. Si
q̄s aūt illā orationem
diceret nūq̄z ꝓponēs
ab odio fratris recede
re. q̄uis nō intēderet
irā petere. culpā tm̄ su
aꝫ absq̧ dubio aggra

uaret. Aliter tm̄ posset dici q̄ istā orationē qñ aliquis dicit nō dicit in ꝑsona sua sed in persona ecclesie cuius
vult eē mēbrum. Et quantum ad hoc non petit cōtra seipm̄. nec intentione p̄ncipali, nec ex consequenti.

Ad intelligentiam hui⁹ ptis incidit hic questio
de charitate q̄tū ad pfectionē meriti. Et circa
hoc sex breuiter pn̄t queri. Primū ē vtrū quis ex q̄n
tulacūq̧ charitate possit quātecūq̧ tēptatiōi resiste
re. an hoc sit soli⁹ charitatis pfecte. Secundū ē vtrū
hō in q̄ntulacūq̧ charitate cōstitut⁹ teneať mortem
ꝓ xp̄o subire. Terciū ē vtꝝ hn̄s charitatē pfectā te-
neať ea q̄ sunt pfectiōis iplere. Quartū ē. vtꝝ om̄s
tā pfecti q̄ impfecti teneanť inimicos diligere q̄tuꝫ
ad affectū. Quintū ē vtꝝ oēs teneanť inimicos dili-

gēre quātū ad effectū. Sextū ē qđ ſit meli⁹ et maio-
ris meriti. vtrū diligere amicū. an diligere inimicu3.

Queſtio prima. a

Utrum cū qualicunq3 charitate poſſit quis reſiſte-
re quantecūq3 tēptationi. Et ꝙ ſic vi. Sup illđ p̄s.
Bonū mihi lex oris tui ⁊c. Aug. Plus diligit chari-
tas deū q̄ cupiditas milia auri et argenti. Hoc ē ve
rū de qūtulacūq3 charitate. et ſi hec charitas qūtu
lacūq3 excedit omnē cupiditatē ſua virtute. ſi g̊ ma
gnitudo tēptatiōis attendit̄ ſm magnitudinē cupi-
ditatis. vi̊ ꝙ p qūtulācūq3 charitatē poſſum⁹ maxi-
me tēptatiōi reſiſtere. Itē Greg. Debilis ē hoſtis q̄
nō vincit niſi volentē. ſ3 qūtulācūq3 h3 hō charita-
tē. h3 quo pōt velle nō vinci. g̊ ſi nolle vinci reſiſtit oī
tēptatiōi et tēptatori. vi̊ ꝙ p qūtulācūq3 charitatē
poſſit hō ſupare oēs tēptationē. Itē potētior eſt
charitas in bonū q̄ culpa in malū. ſ3 peccatū morta-
le qūtūcūq3 pūū ſufficit ad expellendū magnā gra-
tiā. g̊ charitas qūtūcūq3 pua ē. ſufficiēs ē reſiſtere tē-
ptationi maxie. Itē charitas qūtūcūq3 pua ſit. ho
minē facit diligere deū ꝓpter ſe et ſup oīa. ⁊ facit ho
minē in deū cōfidere plus q̄ in ſe. ſ3 q̄ deū ꝓpter ſe et
ſup oīa amat et in deū cōfidit h3 deū adiutorē. ⁊ qui
h3 deū adiutorē oī tēptatiōi pōt reſiſtere. g̊ hō in qū-
tulacūq3 charitate ſupare pōt oēs tēptationē. Itē
gr̄a quātūcūq3 ſit modica potētior ē et excellētior q̄
natura. ſ3 hō in ſtatu inocētie in puris naturalib⁹ cō
ſtitut⁹ poterat qūtecūq3 tēptatiōi reſiſtere. g̊ exiſtēs
in gratia pōt qūtecunq3 tēptatiōi reſiſtere qūtulā-
cūq3 hēat charitatē. Itē eſto ꝙ aliq̄s hēat modicā
charitatē et tēptet̄ magna tēptatiōe. aut pōt illi reſi-
ſtere. aut nō. Si pōt. habeo ꝓpoſitū. Si nō pt̄. et nul
lus peccat in eo qđ vitare nō pōt. g̊ cōſentiendo tali
tēptatiōi nō peccat. ſ3 hoc ē falſu3. g̊ ⁊ illud ex quo h̄
ſequit̄. redit g̊ idem qđ prius. Sz cōtra. i. Cor. x.
Fidelis deus q̄ non pmittit vos tēptari ſupra id qđ
poteſtis. cōſtat ꝙ loquit̄ habentib⁹ charitatē. g̊ ſi de
us pmitteret. dyab⁹ tēptaret hōiē habētē charitatem
ſupra poſſe. g̊ nō vi̊ ꝙ cū qūtulacunq3 charitate poſ
ſit hō reſiſtere tēptatiōi maxime. Itē ſup illud p̄s.
Proba me dn̄e et tēpta me. dicit auctas. Prius vi-
res nr̄as inſpice. ⁊ poſtea tēptari pmitte. ſ3 hoc non
peteret niſi poſſz tēptari ſup vires. g̊ vi̊ ꝙ aliq̄ tēpta
tio ſit cui nō ſufficit reſiſtere virt⁹ charitatis modice
et impfecte. Itē Amb. in quodā ſermōe de ꝯfeſſo
rib⁹. Diuerſa ſūt genera inimicoꝝ. q̄ ſm viriū nr̄aꝝ
qūtitatē cōpenſato nobiſcū agone luctant̄. ſ3 maio-
res vires h3 charitas pfecta q̄ impfecta. g̊ ſi illa ha-
bet luctā ſuis virib⁹ ꝓportionabilē. vi̊ ꝙ aliq̄ lucta
ſit ſupra vires charitatis ipfecte. Itē virtus chari
tatis maxime relucet in pugna et tēptatiōis victoria.
Si g̊ qūtulacūq3 charitas pōt reſiſtere maxime tēp-
tatiōi. vi̊ ꝙ modica charitas ſit maxime virtutis ⁊ p
fectiōis. Qđ ſi ē manifeſte falſum. reſtat qđ et illđ ex
quo ſequit̄. Itē magnitudo corone attēdit̄ ſm ma
gnitudinem pugne. ergo ſi modica charitas reſiſte-
re poſſet tēptationi maxime. vi̊ ꝙ maxia corona dbe
atur charitati minime. ſ3 hoc ē falſu3 manifeſte. g̊ ⁊c.
Itē quedā ē pugna ex cui⁹ victoria purificat̄ aīa
ab omnib⁹ venialib⁹ et ſtatim euolat in celū. ſicut eſt
qñ ꝓ iuſticia mors homi intentat̄. g̊ ſi modica chari
tas poſſet reſiſtere qūtecunq3 tēptatiōi. modica cha
ritas poſſz oīa venialia delere ⁊ ſtatim in celū facere
4 euolare. qđ ſi hoc abſurdu3 ē. reſtat idē qđ pri⁹. R.

ad p̄dictoꝝ itelligētiā notādū ꝙ cū q̄rit̄ vtꝝ qūtula
cūq3 charitas pt̄ reſiſtere qūtecūq3 tēptatōi. hoc du
pliciter pōt intelligi. aut loquēdo de ptāte charitatis
p cōpatione ad adiutoriū diuine prudētie gubernan
tis. aut p compatiōnē ad vires li. ar. coopantis. ſm
vtrūq3 iſtorum modoꝝ fuit hic duplex mod⁹ dicēdi.
Si eñ loquimur p cōpatiōnē ad diſpoſitiōnē diui-
ni regiminis. ſic dixerūt aliqui ꝙ ex qūtulacūq3 chari
tate pōt q̄s reſiſtere qūtecunq3 tēptatiōi. Alij vero
ꝙ nō. Et vtriq3 vex dicere potuerūt. nec ſibi ꝯtradi-
cūt ſi recte intelligāt̄. Si eñ loquamur q̄ntu3 ad tē
ptatōis exordiū. qūtulacunq3 charitas pōt reſiſtere
qūtecunq3 tēptatiōi. q2 deus hōiē3 habētē charitatē
nūq̄ deſerit niſi ille volūtarie ab eo recedat. qñ poti
us ſm ꝙ auget̄ tēptatiōis bellū. opat̄ deus charita-
tis augmētu3. Uñ q̄tūcunq3 ſit modica charitas in
hōie. nūq̄ pōt inuitus ab aduerſario deijci. q2 ſm ꝙ
creſcit bellū. creſcit adiutoriū. ſi hō faciat qđ in ſe eſt.
Si aūt loquamur de tēptatiōe q̄tum ad cōſūationē
victorie. ſic nō pōt eē ꝙ hō ex modica charitate reſi-
ſtat tēptationi maxie. q2 nō patitur ordo diuine iuſti
cie qñ ex victoria magni belli fiat āplificatio meriti.
Uñ ſicut iſta duo nō cōtradicūt ſ3 ſil' natura ſūt. poſ
ſibile eſt ꝙ ex pua charitate in p̄ncipio tēptationis ⁊
magna in fine reſiſtat̄ magne tēptationi. Et itex poſ
ſibile ē ꝙ ex pua charitate in p̄ncipio tēptationis et
magna in fine. nō reſiſtat̄ magne tēptationi. Sic nō
obuiāt ſibi ille due opiniōes. Siſr ſi loquamur đ po
tētia charitatis p compatiōnē ad vires li. ar. coopan
tis duplex fuit opinio. Nā quidā dixerūt ꝙ ex qūtu
lacūq3 charitate pōt quis reſiſtere qūtecunq3 tēpta
tioni. q̄dā ꝙ nō. Et rō hui⁹ ē. q2 de viribus li. ar. ⁊ ad
iuti gr̄a ē loqui dupl'r. vel qūtū ad libertatē volūta-
tis. vel q̄tū ad viciū difficultatis ad bonū ⁊ ꝓnita-
tis ad malū. Si g̊ loq̄mur de gratia p cōpatiōnē ad
libertatem volūtatis. ſic cū ipa volūtas de ſe ſit li-
bera ad cōſentiendū. ⁊ p gratiā ſit liberata a ſeruitu-
te peccati vt cogi nō poſſit. pōt qūtecūq3 tēptatōi re
ſiſtere. Si aūt loquamur p compatiōnē ad viciū dif
ficultatis et ꝓnitatis. ſic nō pt̄ reſiſtere ipulſui tēpta
tiōis fortis. niſi charitas adeo fortis ſit ꝙ ſuo vigore
cōtra ꝓnitatē refrenet a malo. et cōtra difficultate3
accendat ad bonū. Lib. eñ ar. ex vna pte adiutū ad-
iutorio gratie. ex alia pte corruptu3 vicio ꝯcupie. qñ
excitat̄ in ipō p tēptatiōnē ipet⁹ cōcupie. ſm ꝙ ma-
gis ⁊ magis fortit̄ excitat̄. p hoc indiget maiori repſ
ſiōe. Et ſic diuerſis cōſideratiōib⁹ cōcedi pōt de cha
ritate p cōpatiōnē ad li. ar. ꝙ qūtulacunq3 charitas
pōt reſiſtere qūtecūq3 tēptatiōi. et qđ pōt ſi compet̄
ad dn̄iu3 libertatis. nō pt̄ ſi cōpet̄ ad viciū ꝓnitatis
et difficultatis. Et hoc meli⁹ pt3 ſi quis ꝯſideret ⁊ at
tēdat ⁊ expimēto cognoſcat ſtatū et cōflictū hōim tē
ptatoꝝ. Ex his pt3 rñſio ad q̄ōes ꝓpoſitā. Pat3 etiā
nihilomin⁹ rñſio ad obiecta. Na3 rōnes q̄ ꝓb antꝙ
qūtulacunq3 charitas pōt reſiſtere qūtecunq3 tēp ta
tioni ꝓcedūt de ipa charitate p compatiōnē ad deū
ipam adiuuantē et ꝓmouentē. ⁊ per compationem
ad voluntatis libertatem ſicut intuenti apparet. Ue 5
rūtñ illa ratio quā obijcit de peccato nō val3. Quod
eñ dicit̄ ꝙ qūtūcunq3 peccatū pūū ſufficit ad expel
lendam quātācunq3 gratiam. hoc nō ē q2 peccatum
agat in ipam gratiā. ſ3 q2 facit li. ar. deficere a gr̄e cō-
plemēto. Ex hoc aūt nō pōt inferri ꝙ ꝓpter hoc qū- 6
tulacūq3 gr̄a ſufficiat ad vincendum omne3 impul-

ſum tēptationis.q2 facilius ē deficere ꝙ̄ benefacere.
Inferri tñ pōt ꝙ quātulacunq3 gratia expellere pōt
oīe peccatū. Ad rōes vo q̄ ad oppoſitū adducunt
manifeſte ſunt ſilr rñſiones. ꝓcedūt eñ de ipſa chari
tate ꝑ cōparatiōe3 ad defectū ꝓnitatis et difficulta-
tis.ſicut patet de primis trib9 rōibus.vel ꝑ cōparatio-
nē ad terminū et cōſūmationē victorie.cui rñdet per
fectio meriti et magnitudo p̄mij quātū ad excellen-
tiā victorie ⁊ corone.et hoc mō ɔceſſum ē ꝙ non p̄t
eē ꝙ modica charitas reſiſtat tēptatōi magne.q2 nō
patit̄ hoc ordo diuine iuſticie ſicut p̄dictū eſt. Et ſm
hanc viā ꝓcedūt tres rōes vltime.nec optet ampli9
hic morari. q2 rationes ille ꝑ ſe ſatis manifeſte ſunt
pertractanti. ¶ Queſtio. ij. b

Utrū homo in q̄ntulacunq3 charitate cōſtitut9 tene
atur mortē ꝓ xp̄o ſubire. Et ꝙ ſic vī Lu.ix. Qui me
erubuerit et meos ſermones.hūc filius hominis erube
ſcet cū venerit in maieſtate ſua.ſ3 xp̄s neminē erube-
ſcet cū venerit in maieſtate niſi ꝓ mortali peccato.ſi
igitur ſnia iſta generalis ē. vī ꝙ oēs mortalit̄ peccēt
qui in piculo mortis erubeſcūt ipm dñm confiteri.ḡ
oēs tenent̄ morte3 ꝓ xp̄o ſubire. ¶ Item.i. Joh.iij.
Qm̄ ille aīmā ſuā ꝓ nobis poſuit.⁊ nos debemus
aīas ꝓ fratribus ponere. Si ḡ xp̄s ꝓ oībus animas
poſuit.vī ꝙ oēs tenent̄ ⁊ debēt mortē ꝓ ipo et mem
bris eius ſubire cū ſe obtulerit oportunitas loci ⁊ tē
poris. ¶ Itē quilibet tenetur plus diligere deum q̄3
omne creatū quātūcunq3 ſit imꝑfect9.ḡ quilib3 tene-
tur ꝓ honore dei et gloria puipendere ſe et ſua.Cu3
igitur oportunitas tēporis ſe offert vī ꝙ quilib3 te-
neatur mortē ꝓ xp̄o ſubire. Itē incōparabiliter pl9
diligēda ſūt bona eterna q̄3 tēporalia.ſicut incōpabi
liter ſunt meliora.ſ3 vnuſquiſq3 libenter dat illō qō
min9 diligit ꝓ eo qō mag̃ diligit. ſi ḡ oēs tenent̄ ad
diligendū plus vitā eternā q̄3 tēporalē.vī ꝙ oēs te-
neantur velle libenter morti exponere p̄ſentē vitam
vt lucrentur eterna3.ſ3 qō hō tenetur velle ꝓ loco et
tēpore tenetur facere.ḡ oportunitate ſe offerente vī
ꝙ oēs tenētur mortem ꝓ xp̄o ſubire. S3 cōtra Jo.
xv. Maiorē charitatē nemo h3 vt aīa3 ſuā pōat q̄s
ꝓ amicis ſuis.ḡ mortē ꝓ xp̄o ſubire vī perfectionis
maxime.ſ3 hōies imperfecti nō tenentur ad opera ꝑ
fectionis.ḡ non oēs tenentur mortem ꝓ xp̄o ſubire.
¶ Itē Ro.vi.ſup illud.humanu3 dico ꝓpter infir-
mitatē carnis nr̄e.glo. Inueniūtur aliqui q̄ p̄ponūt
iuſticie dilectionē voluptatibus carnis. ꝑ iuſticia tñ
penas morteniq3 formidāt.ſ3 cōſtat ꝙ ſm autorita-
tē apl'i vt dicit glo. tales ſunt ſerui iuſticie.ḡ cum ta-
les mortē refugiāt.vī ꝙ nō teneantur morte3 ꝓ xp̄o
velle ſubire. ¶ Itē Aug.dicit ⁊ habetur in fine p̄ce-
dentis di.p̄fecta charitas hec ē vt quis paratus ſit pro
fratribus mori.et hoc apparet ꝑ hoc ꝙ prelati tenen
tur ad maiorē p̄fectione3 q̄3 ſubditi.et ſūma p̄fectio
q̄ a p̄lato exigitur ē vt ponat aīa3 ꝓ ſubditis ſm illō
Joh.x. Bon9 paſtor aīa3 ſuā ponit ꝓ ouibus ſuis.
Si ḡ imꝑfecti nō tenētur ad opa charitatis p̄fecte.
vī ꝙ nō oēs teneant̄ ꝓ xp̄o et eius mēbris mortem
ſubire. ¶ Itē maius ē mortem ſubire ꝓ xp̄o q̄3 om-
nibus tp̄alibus abrenūciare.ſ3 nō oēs tenentur tp̄a-
lia oīa relinquere.ḡ nō oēs tenentur mortem ꝓ chri
ſto ſubire. Q2 aūt maioris p̄fectiōis ſit patet ꝑ illud
qō dicit Greg. Nō magnū ē abnegare qō habes.ſed
valde magnū eſt abnegare qō es. Et conſtans eſt ꝙ

multo magis ē abnegare ſeipm̄ q̄3 ſua.⁊ dare corpis
vitā q̄3 terrenā ſubam. ¶ R. ad p̄dictor̄ intelligen- 7
tiā ē notādum ꝙ ſubire mortē intentōe placendi deo
hoc pōt eē tripliciter. Uno mō qñ adeſt neceſſitas vl'
deſerēdi iuſticiā vel amittēdi vitā. Alio mō qñ ſe of-
fert oportunitas diuinā gloriā manifeſtandi et edifi
candi eccleſiā. Tercio mō ſolum ex hoc ꝙ vitā ſuam
h3 exoſam. Primū ē iuſticie et neceſſitatis. Scd'm ē
p̄fectionis et ſuperogationis. Tercium eſt ſeueritā
tis et crudelitatis. Un̄ Augu.illos q̄ ſemetipos p̄ſo
cant et precipitio collidūt ꝓpter vite p̄ſentis odium
dicit eē ſceleratiſſimos homicidas. tractās illō Jo.
xij. Qui odit aīa3 ſuā in hoc mūdo.in vitā eternā cu
ſto.eā. Cū ḡ queritur vtr̄ oēs teneantur mortē pro
xp̄o ſubire.dd'm.ꝙ ꝓ loco et tēpore vbi talis optio
detur.vel ꝙ iuſticia deſeratur.vel ꝙ vita perdatur.
ibi oēs q̄ntumcūq3 ſint imꝑfecti tenent̄ mortē ſub-
ire.et p̄eligere magis deo dilecto mori q̄3 ipo offen-
ſo viuere. Ubi vero talis neceſſitas nō imminet nec
datur optio.tñ offert ſe oportunitas manifeſtādi di-
uinā gloriā et edificandi eccleſiā.ſi hō ſe morti expo-
nat.mortē ſubire ē p̄fectionis et ſuperogationis.ad
quā non oēs tenent̄ ꝓ xp̄o.et ſm iſtā viā ꝓcedunt
rōes oñdentes ꝙ nō oēs tenent̄ mortem ꝓ xp̄o ſub-
ire.et ideo ſunt cōcedēde. ¶ Ad illud qō vltimo obī 8
de abrenunciatiōe ſubſtātie tp̄alis et ꝑpeſſione mor-
tis.rñderi pōt ꝙ in caſu neceſſitatis p̄ceptum eſt om
nia tp̄alia deſerere cuilibet hōi ſicut et mortē ſubire.
imo multo fortius. Un̄ hoc datur itelligi ꝑ locū a mi
nori.et iō ratio illa ſicut et alie nō cogit niſi ꝓut ſim-
pliciter intelligit̄.ita ꝙ hō mera volūtate ꝓmptus
eſt tp̄alia abnegare et mortem ſubire. ¶ Ad illud ve 9
ro qō p̄mo obī in cōtrariū ꝙ debem9 in periculo mor-
tis nomē xp̄i confiteri.dd'm. ꝙ verū ē ſi ſumus in ea
neceſſitate poſiti ꝙ confiteri oporteat vl' negare. S3
pōt eē mediū inter hoc.q2 imꝑfectus pōt ſubterfu-
gere et ſeipm̄ occultare.nec ex hoc dī nomen xp̄i eru
beſcere.ſ3 tūc erubeſcere dicit̄ qñ tiore mortis negat
ipm xp̄m. Ideo q̄uis oēs teneant̄ ad hoc ꝙ nullus
neget.non tñ ex hoc pōt concludi ꝙ oēs ſimplicit̄ te
neant̄ ad p̄ferendā mortē niſi interueniēte p̄dicta ne-
ceſſitate. ¶ Ad illud qō obī ꝙ q2 poſuit animā ſua3 10
ꝓ nobis.nos debem9 aīa3 ꝓ fratrib9 ponere.dd'3.ꝙ
ē debitū neceſſitatis et ē debitū ɔgruitatis.ſiue debi
tum ad qō obligamur et debitū ad qō āmonemur.
Beāūs aūt iohēs nō intelligit de debito primo mō ſed
d' debito ſcd'o mō.qō magis ſpectat ad ſuperogatiō-
nē.ꝙ̄ ad neceſſariā et generale3 ſuperobligationem 11
¶ Ad illud qō obī ꝙ quilib3 tenet̄ plus diligere de-
um ꝙ̄ oē creatū.dd'm ꝙ verū ē.verūtñ ex hoc non ſe
quit̄ ꝙ hō teneat̄ ꝓ xp̄o deſerere oē creatū.q2 p̄t ha
bere ſil' xp̄m et creaturā quā diligit. Pōt eñ hō ſimul'
ſeruare corpis vitā et dei amiciciā.q2 ñ optet nec exi-
git hoc lex charitatis ꝙ ꝓpter dilectionē dei ſuſtine-
at quis mortem.niſi incidat in ſupradicta3 neceſſita
tē.qua ſc3 oporteat eum vel xp̄m negare vel mortem
ſuſtinere. ¶ Ad illud qō obī vltimo qō hō libenter 12
dat illud qō minus ē ꝓ eo qō magis diligit. dd'm ꝙ
verū ē ſi illud aliter adipiſci non poſſit.et qm̄ pōt hō
adipiſci vitā etiā p̄ter martyrij tolerantiā.iō nō ſeq-
tur ꝙ oēs teneant̄ velle ꝓ xp̄o mori ſimplr̄ ſ3 ſub cō-
ditiōe.vic3.ſi alit̄ ei placere ñ poſſit. et hoc ſolum eſt
in articulo p̄dicte neceſſitatis.

Queſtio.iij. c
Utrum pfectā charitatē habētes teneātur ea q̄ ſunt
perfectiōis iplere. Et ꝙ ſic vi̇ Mat.v. Eſtote perfec
ti ſicut et pr̄ v̄r celeſtis perfectꝰ ē. hoc dī aplis et apo
ſtolicis viris. ergo vi̇ ꝙ oēs viri perfecti teneant̄ ad ea
q̄ ſunt perfectiōis. Itē Greg. in quadā omelia. Cū
augētur dona. rōnes creſcunt donoꝝ. Unde et auctas
dic̄ ꝙ cui plꝰ ꝯmittit̄. plꝰ ab eo exigit̄. ergo cui ꝯmittit̄
pfecta charitas. cū deꝰ exigat actū ꝯuenientē hitui. vi̇
ꝙ ille teneat̄ ad opera perfectiōis. ¶ Itē ſicut ſe hꝫ
charitas iperfecta ad opa ſimplicis iuſticie. ſic ſe hꝫ
charitas pfecta ad opa iuſticie ꝯſūmate. Sꝫ habens
charitatē ipfectā tenet̄ ad ea q̄ ſūt ſimplicis iuſticie.
ergo vi̇ ꝙ habens charitatē pfectā obligetur ad opa p̄-
fectiōis. Itē charitas ꝓficit aut d̄ficit. ſꝫ habēs cha
ritatē tenet̄ nō deficere. ergo tenet̄ ꝓficere. cū nō ſit me
diū inter hec. qui aūt hꝫ pfectā charitatē nō p̄t ꝓfice
re niſi in opibꝰ pfectis. ergo vi̇ ꝙ ois in quo ē pfectō ob
ligetur ad opa pfectionis. Sꝫ contra Mat.xix. Si
vis ad vitā ingredi ſerua mādata. Igit̄ ex ſola obſer-
uātia mādatoꝝ vi̇ ꝙ hō poſſit puenire ad ſalutē. ergo
nō vi̇ ꝙ ad ea obligatur q̄ ſunt charitatis perfecte.
Item Iaco. iij. Qui nō offendit in verbo hic per-
fectus ē vir. ſꝫ nullus tenet̄ ad hoc ꝙ nō offendat in
verbo q̄ntūcunq̄ ſit perfectꝰ. ergo ꝓp̄t perfectionē cha
ritatis nō obligatur q̄s ad ea que ſunt perfectionis.
Itē quāto aliquis ē in maiori charitate ꝯſtitutꝰ.
tāto plus hꝫ de libertate ſpūs. et quāto plus hꝫ d̄ li-
bertate ſpūs. tāto paucioribꝰ vinculis obligatur. ergo p-
fecti nō tenent̄ ad plura ꝙ̄ teneant̄ iperfecti. quātū
eſt de pfectiōe charitatis. Si ergo impfecti nō aſtringū-
tur ad opa perfectionis. vi̇ a maiori ꝙ nec illi d̄beāt
aſtringi q̄ ſūt in charitate pfecta ꝯſtituti. ¶ Itē ſta-
tus charitatis pfecte nō excedit charitatē iperfectā
in infinitū. cū ergo mortale excedit veniale in infinitū.
qꝺ ē veniale impfecto. nō ē mortale pfecto quātū eſt
de ipo genere ſtatꝰ. ergo nō vi̇ ꝙ pfeccio charitatis ob-
liget hominē ad opa pfectiōis. Si eīn obligaret. iam
13 videretur ꝙ perfectꝰ vir eēt peioris cōditionis. R.
ad p̄dictoꝝ intelligētiā ē notandū ꝙ multiplex ē ge-
nus pfectiōis. et multiplex ē ratio obligādi. Quinq̄
eīn pfectiōis genera ꝯſueuerūt diſtingui. Primū eſt
pfectio ſufficiētie que cōſiſtit in adimpletiōe manda
toꝝ. Et de hoc Mat.v. Eſtote pfecti ſicut pat̄ v̄r ce.
pfectus ē. Scd̄a ē pfectio religiōis q̄ ꝯſiſtit in obſer-
uantia ꝯſilioꝝ. Et de hoc dī Mat. xix. Si vis per-
fectus eē. vade ⁊ vende oia q̄ ha. ⁊c̄. Tercia ē pfectio
p̄lationis q̄ cōſiſtit in regimie ſubditoꝝ. Et d̄ hac dī
Luce.vj. perfectus ois erit ſi ſit ſicut mgr̄ eiꝰ. Quar-
ta ē perfectio opatiōis q̄ ꝯſiſtit in oſtēſione exemplo
rū. Et de hac dī Geñ.vj. Noe vir iuſtꝰ atq̄ perfectꝰ
in generationibꝰ ſuis. Quita ē pfectio trāquillitatis
que ꝯſiſtit in ꝯſūatiōe difficilimoꝝ ⁊ optimoꝝ. p̄ma
Ioh.iiij. Perfecta charitas foras mittit timorē. Et
phus dicit ꝙ perfecta virtꝰ optimoꝝ ē opatiua. Si
milit̄ intelligendū ē ꝙ quinq̄ modis obligat̄ aliq̄s
ad aliud. Primū genus obligatiōis ē ꝓpter māda-
tū diuinū. Scd̄m ē propt̄ votū emiſſum. Terciū eſt
ꝓpter officiū ſuſceptū. Quartū ē ꝓpter vitādū ſcan
dalū. Quintū ē ꝓpter cōſciētie iudiciū. Cū ergo querit̄
vtꝝ hō in pfecta charitate exiſtens teneat̄ ad opa p-
fectiōis. dicēdum ꝙ ſi pfectio accipiat̄ p̄mo mō vꝫ pro
pfectiōe iuſticie que cōſiſtit in ipletiōe mādatoꝝ. ſic
obligat̄ ad illā pfectionē ſicut et alij. et eo magis de
bono ⁊ equo quo magis p̄cepit donū per qꝺ poſſit
implere diuinū mādatū. Si āt loquamur d̄ alijs ge-
neribus perfectionis. dicēdum ꝙ nō obligat̄ hō exiſtens
in perfecta charitate ad illa niſi quātū ex obligatiōe
diuini mādati. nec alit̄ obligat̄ niſi interueniat aliqꝺ
vinculū ſequētiū. vꝫ. votū. p qꝺ obligat̄ ad perfec-
tionē religiōis. Uel officiū ſuſceptū. per qꝺ obligat̄
ad pfectionē p̄latiōis. Uel ſcandalū. rōe cuiꝰ obliga
tur ad perfectionē opatiōis. Uel ꝯſcie dictamē. per
qꝺ obligatur ad perfectionē trāquillitatis. His enī
interuenientibꝰ ſupinducit̄ noua obligatio ad hmōi
genera pfectionū p̄dictaꝝ. Sꝫ ſtatus charitatis q̄n-
tū ē de ſe neceſſariā obligationē nō inducit. ſicut ra-
tiōes q̄ ad hāc partē ſunt inducte oſtendūt. Et iō cō
cedi pn̄t. ¶ Ad illud vō qꝺ obī in cōtrariū de aucte 14
dn̄i in Mat. iam patet rn̄ſio. q2 illud intelligit̄ d̄ per
fectione iuſticie et ſufficiētie ad quā obligant̄ oēs tā
pfecti q̄ꝫ impfecti. Ad illꝺ qꝺ obī de aucte Greg. ꝙ 15
ſicut creſcūt dona ſic creſcunt rōnes donoꝝ. dicēdum. ꝙ
hoc verū ē quātū ad ea que ſūt neceſſitatis. Preterea
qꝺ dī ꝙ ratiōes donoꝝ creſcūt hoc nō dī ꝙ deꝰ ſem-
per exigat neceſſario ab hōie totū qꝺ pōt. ſꝫ q2 exigit
de bono et equo. ita ꝙ illa exigētia nō iducit tūc rōes
neceſſitatis ſꝫ cōgruitatis. et cuiꝰ obmiſſio nō inducit
culpā mortalē ſꝫ venialē. dn̄s aūt nō ſolū exigit ratio
nē de mortalibꝰ ſꝫ etiā de venialibus ſcd̄m illud qꝺ dī
Mat.xij. Q2 hōies reddēt rationē de oi v̄bo ocioſo.
¶ Ad illꝺ qꝺ obī ꝙ ſicut ſe hꝫ charitas impfecta ad 16
opa ſimplicis iuſticie ⁊c̄. dicēdum ꝙ nō eſt ſile. q2 charitas
impfecta ordinat̄ ad opa ſimplicis iuſticie nō ꝓp̄t
ipſius charitatis ſtatū ſꝫ ꝓpter diuinū mādatū. ſꝫ nō
ſic ē de opibus perfectiōis. q2 n̄ cadūt ſic ſub p̄cepto.
ſꝫ magis ſub āmonitiōe ⁊ ꝯſilio. ¶ Ad illꝺ qꝺ obī. ꝙ 17
hn̄s charitatē ſemp tenet̄ ꝓficere. dicēdum ꝙ charitas dī
dupliciter ꝓficere. Uno mō ꝓpter multiplicationē
bonoꝝ opeꝝ. Alio mō ꝓpter ipſius charitatis aug-
mentū et ꝓgreſſū ad vltimū ſtatū. Cū ergo dī ꝙ hō te
net̄ ꝓficere in charitate. ⁊ ꝙ charitas aut ꝓficit aut
deficit. ſi intelligat̄ de ꝓfectu q̄ ꝯſiſtit in ipſius chari
tatis augmēto et incremēto ſic nō hꝫ veritatē. q2 cha
ritas nō auget̄ in hōie cōtinue. Si vō intelligat̄ d̄ ꝓ
fectu q̄ ꝯſiſtit in bonoꝝ opeꝝ multitudine. ⁊ iuſticie
exercitatiōe. ſic veritatē hꝫ. ſꝫ iſte ꝓfectus charitatis
nō tm̄ attēdit̄ in ipletiōe ꝯſilioꝝ et operū pfectoꝝ. ſꝫ
etiā in obſeruātia mādatoꝝ. Et iō ex hoc nō pōt cō-
cludi ꝙ hō in pfecta charitate ꝯſiſtēs ad opa pfectio
nis neceſſe habeat obligari.

¶ Queſtio.iiij. d
Utrū oēs teneant̄ diligere inimicos q̄tū ad effectū.
Et ꝙ ſic vi̇. Leuit.xix. Diliges amicū tuū ſicut teip-
ſum. Sup quo dicit Aug. ꝙ nōie ꝓximi et amici in
telligit̄ ois hō. ſcd̄m etiā ꝙ ipe dn̄s innuit. Luce.x. Er
go ſi illud p̄ceptū datū ē oibus. cū oēs teneant̄ affec
tu diligere ſe. vi̇ ꝙ oēs teneāt̄ affectu diligere inimi-
cos. ¶ Itē Mat.v. Si diligitis eos q̄ vos diligunt
quā mercedē habebitis: glo. nullam in celo. q̄ ergo tm̄
hꝫ dilectionē reſpectu diligentiū ſe nō hꝫ charitatē.
q2 cū charitas nō poſſit eē ſine mercede. igit̄ ad hoc
ꝙ aliquis hēat charitatē. neceſſe ē ꝙ ipiꝰ charitas ad
eos q̄ ipm odiūt ſe extēdat. ¶ Itē ſup illꝺ Luce.vj.
Diligite inimicos vr̄os. Glo. interli. Non ſufficit nō
odiſſe. ſꝫ oēs tenent̄ ad illꝺ qꝺ ſufficit ad ſalutē. ergo
oēs tenent̄ nō ſolū ad nō odiēdū inimicos ſꝫ etiā ad

amandu3. Jte3 nulli de⁹ dimittit peccatū nisi ipſe
dimittat ꝓximo ſm qđ dr̄ Mat. vj. et xviij. S3 nēo
dimittit ꝓximo ex corde nisi ip3 diligat affectu. ģ ne-
mo pōt apud deū veniā mereri nisi offendētes ſe di-
ligat ex corde. Jtē pl⁹ diligend⁹ ē ꝓxim⁹ ꝗ corpus
ꝓprium. nec aliquid aduerſat̄ magis et inimicat̄ ſpi
ritui ꝗ ipſa caro. cū ģ quilibet teneat̄ natura3 carnis
ſue diligere. vr̄ ꝙ teneat̄ inimicū ſuum affectu dilige-
re. Jtē ſicut culpa eſt deteſtabilis. ſic ymago dei eſt
diligibilis. ſ ꝗtūcūq3 hō diligat̄ ſemꝑ tenet̄ hō de-
teſtari ei⁹ culpā. ģ quātūcunq3 ꝑ culpā aduerſet̄. ſe-
per tenet̄ diligere ei⁹ naturā. Sed contra. Mat. v.
Audiſtis q2 dictū ē āti{q}s. diliges amicū tuū. et odio
hēbis inimicum tuu3. ſ ad nihil obligamur modo
nūc ad qđ nō obligarent̄ antiqui in lege. ģ ſi tūc non
tenebant̄ ad diligēdū inimicū ſ potius ad odiēdū.
vr̄ ꝙ nō oēs tenent̄ nūc inimicos diligere. Mio2 ꝓ-
bat̄. q2 ſuꝑ illud Mat. xiiij. d̄ quinq3 panib⁹. ꝛc. Glo.
nō alia ꝗ que ſcripta erāt ꝓphetat. ſ legē et ꝓphas
myſterijs grauida eē dmōſtrat. Et itez. iij. Reg. vij.
fecit yrā mare fuſile. x. cubitoꝝ. ibi. glo. decē p̄ceptis
in lege oia ꝗ facere debem⁹ dn̄s expſſit. Si ģ in nul-
lo p̄ceptoꝝ cōtinet̄ dilectio inimici. nec ad aliud ob-
ligant̄ moderni ad qđ nō obligarent̄ antiqui. vr̄ ꝛc.
Jtē Luce. vj. diligite inimicos vr̄os. ibi glo. hoc ꝑ-
fectorū ē. Et iterū alia glo. ibi. Eccl̄ia hoc vt lacte nu
trit̄ qđ ē ſimpliciū ꝛ impfectoꝝ. ſ validiori cibo cha
ritatis roborat̄. ſ ad ea ꝗ ꝑfectiōis ſūt n̄ oēs tenet̄. ģ
nō oēs tenent̄ diligere inimicos. ¶ Jtē ſuꝑ illud ps̄.
Reuela oculos meos et ꝯſiderabo mirabilia d̄ lege.
Glo. Nihil mirabili⁹ ē in mādatis ꝗ diligere inimi
cos. ſ nō oēs tenent̄ ad faciendū mirabilia. q2 ſicut
dicit Aug. virtutes et mirabilia facere nō oīb⁹ datū
ē. ģ. ꝛc. ¶ Jte3 Ambro. dicit et hr̄ in diſ. p̄cedēti. vbi
actū ē de ordine charitatis. ſufficit ꝙ inimicos odio
nō hēmus. ģ vr̄ ꝙ nō oēs tenet̄ diligere inimicos ex
18 corde. R. ad p̄dictoꝝ intelligētiā ē notādū ꝙ circa
hoc ē duplex rn̄dēdi mod⁹. Quidā eīn dicere volue-
rūt ꝙ dupliciter ē loqui de inimicis. Aut ſm ſtatū in
quo exercēt inimicicias. Aut ſm ſtatū in ꝗ penitēt et
petunt veniā. Si ſm ſtatū i quo veniā petūt ſic oēs
tenent̄ ad diligendū inimicos ꝓpter illā cōditione3
quā dn̄s ponit in orōe dn̄ica. Dimitte nobis debita
nr̄a ſicut et nos. ꝛc. Si eīn hō hōi ſeruat ira3. fruſtra
a deo querit medelā. ſm ꝙ dr̄ Eccl̄i. xxvij. Si aūt loq̄
mur de inimicis ꝓut ſūt in ſtatu et in actu ledendi ꝛ
inimicicias exercendi. ſic dicere voluerunt ꝙ affectu
diligere inimicos nō ē neceſſitatis ſ magis perfectio
nis. nec dn̄s hoc p̄cipit ſ magis cōſulit. Et iſtā opini
onē quorūdā mgr̄ ponit in lr̄a. S3 ſi interius ꝯſide-
retur hec poſitio min⁹ ſufficiēter dicit. ꝓ eo ꝙ ſm ꝙ
auctātes ſcōꝝ ſonant expreſſe. ꝛ ipſa rō apte ꝯuin
19 cit. nō ē charitas vera niſi diligat oē diligibile. Dili-
gibile aūt a charitate ē oē illud qđ ē poſſibile ad bea
titudinē ꝑuenire. Jdeo nō h3 aliq̄s charitatē niſi di-
ligat oēs illos ꝗ ſunt in ſtatu vie ſiue ſint amici ſiue
inimici. Vn̄ i ps̄. dr̄. Latū mādatū tuū nimis. q2 mā-
datū charitatis ad oēs ſe extēdit. Et ſicut longitudo
mādati ſe extēdit ad oē3 dr̄iam tp̄is. ſic latitudo ad
oē3 ꝑſonā hōis viatoris. Vn̄ ſicut aliquis nō habere3
charitatē ſi ꝓponeret etiā in vno ſolo die peccare et
in alijs bene facere. q2 d̄ficit ſibi lōgitudo mādati. ſic
eſto ꝙ aliq̄s oēs hōies diligat p̄ter vnū ſolū quē a di-
lectiōe excludit. charitatē nō h3. q2 deficit ſibi latitu-
do illius mādati. Propterea ē alius mod⁹ dicēdi. ꝙ 20
diligere affectu ē duplex ſm ꝙ duplex ē affect⁹ amo-
ris. quidā a charitate elicit⁹. quidā a charitate impa
tus. Jlle ē affectus amoris a charitate elicit⁹ ꝗ quis
optat alij ſūmū bonū ſiue beatitudinē eterna3. Jlle
vero ē affect⁹ impat⁹ ꝗ quis optat alij bonū tp̄ale ꝛ
ꝓſperitatē trāſitoriā. Amor eīn charitatis facit ꝙ hō
velit alij oē bonu3. nedū ſūmū bonū. ſ etiā tp̄ale. ni-
ſi illud ſit impediēs ad ſalutē. Si ģ loquamur de af-
fectu p̄mo a charitate eliciēte dico ꝙ oēs tenent̄ ini-
micos etiā actu inimicātes diligere. et eis vitā eter-
nā optare. Si aūt loquamur de affectu impato quo
quis optat alij ꝓſperitatē tp̄alē. ſic nō oēs tenētur di
ligere. ſ ſufficit n̄ odiſſe. Et hoc ē qđ dicit Amb. Suf
ficit ꝙ inimicos diligam⁹ et nō odio hēam⁹. in ꝗ in-
nuit ꝙ cu3 duplex ſit charitatis affectus. vno tene-
mur diligere. altero vero ſufficit nō odiſſe. Vn̄ ad n̄
odiendū inimicos. et nō gaudēdū de malis eoꝝ oēs
tenētur. ſicut dr̄ Prouer. xxv. Cū ceciderit inimicus
tu⁹ ne gaudeas. Et Eccl̄i. ix. Noli de mortuo inimi-
co tuo gaudere. Diligere vō oīno quātū ad affectū
elicitū et impatū optādo ei bona eterna et tp̄alia. ſ
ꝑfectiōis ē et ſupererogatiōis. Diligere vero ad bona
eterna hoc neceſſitatis ē ꝛ p̄ceptiōis. et ad hoc omēs
generalr̄ ſunt obligati tā ꝑfecti ꝗ impfecti ſicut ra-
tiōes que ad primā ꝑtem inducūtur oſtendūt. et idō
ꝯcedēde ſunt. Ad illud qđ obi p̄mo in ꝯtrariū de 21
Mat. v. diliges amicū tuū. et odio hēbis inimicum
tuū. Rn̄deri pōt duplr̄. Primo ꝑ hoc ꝙ lex nūꝗ p̄ci-
pit odio habere inimicū. ſ ipſi iudei hoc arguebāt a
contrario ſenſu. q2 tm̄ p̄cipiebatur eis diligere ami-
cos. arguebant ex hoc ꝙ debebāt odire inimicos. Ali
ter pōt rn̄deri ꝙ ē odiū affectus et odiū effect⁹. Et ite
rum ē inimicus eccleſie ſiue fidei. ꝛ inimic⁹ ꝑſonalis.
cū ģ lex innuebat inimicū odio eē habēdū hoc intel-
ligitur de odio effect⁹ et de inimico eccl̄ie et cult⁹ di-
uini. Odio vero affect⁹ neminē p̄cipiebat odire nec
inimicū ꝑſonalē nec inimicū eccleſie. Jnimicū aūt ꝑ-
ſonalē nō p̄cipiebat odiri nec odio affect⁹ nec odio
effectus. imo poti⁹ obligabat ad illud ip3 diligendū.
licet nō eēt ita tūc expreſſum. Vn̄ et dn̄s explicuit in
Mat. v. Et ꝓpterea nō pōt ex hoc argui ꝙ n̄ oēs te
nentur diligere inimicos. ¶ Ad illud vero qđ obi ꝙ 22
diligere inimicos ꝑfectorum ē. Rn̄dent aliqui ꝙ il-
lud intelligitur de dilectiōe affectus et effect⁹ nō de
dilectiōe affectus tm̄. S3 vtrū hoc ſit veꝝ in ſequēti
ꝓbleumate declarabitur. Nūc aūt dicamus ꝙ ſi in
telligatur de affectu elicito et impato perfectionis ē.
Si vero de affectu elicito. eſt tm̄ generalis neceſſita-
tis. Glo. vero loquit̄ ibi de dilectiōe quātū ad vtrū-
q3 modum. Ad illud qđ obi ꝙ diligere inimicos 23
eſt mirabile. dōm ꝙ mirabile dicitur illud qđ eſt ſu-
pra facultatē nature. hoc aūt pōt eē dupliciter ſm ꝙ ē
opatio nature ſimpliciter. et nature rōnalis. Facere
aūt mirabilia ſupra poſſe nature hoc ē ꝑ gratiā gra-
tis datā. quā vocat ap̄ls opationē virtutū. et hec nō
omnib⁹ eſt data. Facere vero mirabilia ſupra poſſe
nature rationalis hoc eſt per gratiam gratum faciē-
tem. vtpote per fidem et charitatē. Per fidem enim
credimus multa ꝗ non poſſemus credere ſine ea. et
ꝗ videntur infidelibus nimis incredibilia. Et ꝑ cha
ritatem amamus ea que videntur charitatē nō ha-
bentibus odibilia. et hec mirabilia continent̄ in lege
diuina. et datū ē illa oībus facere ꝗ volūt in ſe ſuſci-

pere gratiā grat̄ faciētem. ⁊ ꝓ tāto nō pōt argui ꝙ
nō tenemur ad dilectionē inimici. hoc em̄ ē aliud ge
24 nus mirabilis. ꝗ̄ illud de quo loquit̄ Aug. ¶ Ad il
lud vero qđ obi. de auctē Ambro. ꝙ sufficit si odio n̄
habemus. dō. ꝙ auctas illa trūcate induciť. dicit em̄
hec duo simul sufficit si simplr̄ diligimus et nō odio
habemus. ꝗ duo valde rōnabiliter dicit. et duplicem
affectū dilectiōis innuit. et ad confirmationē facit ꝑ
habite rn̄siōis. ꝑ quā auctas illa satis pt̄ intelligi. ⁊c.

¶ Questio. v. e

Vtꝝ oēs teneant̄ diligere inimicos q̄ntū ad effectū.
Et ꝙ sic vĩ p̄io auctē ve. te. Exo. xxiij. Si videris asi
nū odiētis te iacere sub onere. nō ptransibis ꝫ suble
uabis cum eo. Et hocip̄m dicit Prouer. xxv. Si esu
rierit inimic⁹ tuus ciba illū. si sitierit potū da illi. Si
ꝗ mādata ista oibus ꝓponebant̄. vĩ ꝙ oēs teneant̄
diligere inimicos q̄ntū ad effectum. ¶ Itē hoc vĩ ex
auctē noui testa. Mat. v. diligite inimicos vr̄os. be
nefacite his q̄ oderunt vos. et orate ꝓ ꝑsequētibus
25 vos. ⁊c. Ibi dicit q̄dā glo. Trib⁹ modis peccat̄ con
tra ecclesiā. odio. verbis. cruciatu corpis. Ecōtra ve
ro ecclesia tria facit. diligit. benefacit. et orat. ꝗ nō est
membrū ecclesie q̄ n̄ diligit amicos et effectu. ꝗ oēs
tenent̄ isto mō diligere. Itē hoc vĩ ꝑ rationē. qꝛ di
lectio affectus sine dilectiōe effectus non est dilectio
vera. ꝓbatio em̄ dilectiōis exhibitio ē operis. si ꝗ ve
ra dilectione oēs tenent̄ inimicos diligere. vĩ ꝙ oēs
teneant̄ nō solū affectu ꝫ etiā effectu inimicos ama
re. Itē ꝑniciosior inimicus ē caro nr̄a ꝗ̄ aliquis ꝓ
xim⁹ nr̄. ꝫ carnē nostrā repugnātē tenemur nutrire
et fouere quātū ad ei⁹ naturaꝫ. ꝗ si magis tenemur
ꝓximos diligere. vĩ multo fortius ꝙ debeam⁹ eos n̄
solū affectu amare ꝫ et effectu eos nutrire et fouere.
et bn̄ficia eis cōicare. ¶ Itē nō solū sumit hō vindic
taꝫ de alio infligēdo malū ꝫ etiā subtrahēdo bonū.
ꝫ oēs tenent̄ nō querere vltionē ꝫm ꝙ dĩ Leuit̄. xix.
Et ad Ro. xij. Non vos vindicantes. ergo om̄s te
nemur nō subtrahere aliquod bonū ꝓpter acceptaꝫ
iniuriā. Si ꝗ oēs tenent̄ diligere eos qui nō sunt ini
mici affectu pit̄er et effectu. vĩ ꝙ silr̄ oēs vtroqꝫ mo
do teneant̄ inimicos diligere. Sꝫ contra. frequēter
p̄cipitur in lege ꝙ ipi interficiāt inimicos suos. sicut
Exo. xxiij. No feries cū eo fedus ⁊c. ꝗ vĩ ꝙ in ve. le. n̄
tenebant̄ inimicos diligere q̄tū ad effectū. ꝗ pari ra
tiōe nec impfecti tenent̄ i noua. ¶ Itē sup illđ Mat.
v. diligite inimicos vr̄os. dicit quedā glo. Cumulus
ꝑfectiōis ē diligere inimicos et orare ꝓ ipis. Si ꝗ n̄
oēs tenent̄ ad cumulū ꝑfectiōis. nō oēs tenent̄ ini
micos diligere effectu. ¶ Iteꝫ Aug. dicit in ench. et
habet̄ in lr̄a. ꝙ diligere inimicos et benefacere eis n̄
ē tantoꝝ q̄nti exaudiunt̄ in oꝛōne dn̄ica. si ꝗ in ora
tione dn̄ica nō exaudiunt̄ nisi boni. vĩ ꝙ nō oēs bo
ni teneant̄ inimicos diligere affectu pit̄er et effectu.
Item hocip̄m vĩ per regulam ph̄i. Si oppositū in
opposito. et ꝓpositū in ꝓposito. cū ꝗ amicis sit bene
faciendum ꝑ se loquēdo. vĩ ꝙ inimicis sit malefaciē
dum. Itē videmus in omni creatura tam aiata
q̄ꝫ inanimata ꝙ inimicicia sit causa pugne sicut ami
cicia ē causa concordie. si ꝗ nemo debet facere cōtra
naturalem rectitudinē. vĩ ꝙ magis sit rectū ꝫm rōis
ordinē inimicos expugnare q̄ꝫ eos adiuuare. ꝗ nō vĩ
26 ꝙ oēs teneant̄ ipos effectu diligere. R. ad p̄dic
toꝝ intelligentiā ē notandū ꝙ circa hoc ē duplex mo
d⁹ dicēdi. Quidā em̄ dicere voluerūt. ꝙ et si diligere ini
micos affectu sit necessitatis. ita ꝙ ad illud obligant̄
tam ꝑfecti q̄ꝫ impfecti. diligere tn̄ affectu simul et ef
fectu superogatiōis ⁊ ꝑfectiōis ē. nec ad illud obligā
tur ipfecti ꝫ tm̄ perfecti. Sꝫ ille mod⁹ dicendi in se
ipso includit repugnātiā. Primū quidē qꝛ eodē mā
dato p̄cipimur diligere inimicos ⁊ eis bn̄facere. Si
ꝗ mādatū illud generale ē. vĩ ꝙ generaliter oēs obli
gent̄ ad vtrūqꝫ. Et iteꝝ ꝑfecti q̄tū ad obligationem
que est per mandatū ad nihil obligantur ad qđ non
obligant̄ imperfecti. qꝛ mandata dei omnibus gene
raliter ꝓponunt̄. Si ꝗ ꝑ illud mādatum obligatur
perfecti ad diligendū inimicū tam affectu q̄ꝫ effectu.
vĩ similit̄ de impfectis idē eē dicendū. Et amplius.
si dilectio vera nō tm̄ cōsistit in corde. ꝫ etiam mani
festatur in ope. dicere ꝙ ceteri tm̄ obligant̄ ad diligē
dum corde. nō aūt ad diligendū ope. cū se offert tem
poris et loci oportūitas. idē vĩ dicere ac si teneamur
inimicos diligere ficte. Propt̄ hoc dilectio inimico
rum clauditur in mādato de dilectiōe ꝓximi. Et cō
stat ꝙ mādatū illud intelligit̄ quātū ad affectū et ef
fectum. et ad illud mandatū oēs obligantur. Et pro
pterea p̄dicta rn̄sio nō pōt habere locū. Et iō est ali 27
us modus dicēdi ꝙ diligere in effectu exteriori hoc
pōt eē dupliciť. aut qn̄ se offert tēporis oportūitas.
aut qn̄ incūbit necessitas. Si loquamur de exhibitiō
ne opis exterioris generaliter qn̄ se offert tpis opor
tunitas. sic diligere inimicos effectu cumulus ē per
fectionis. Si autem loquamur de exhibitiōe operis
qn̄ incumbit necessitas. sic diligere inimicos effectu
est generalis et necessarie obligationis. qꝛ si quis vi
det ꝓximū suū siue amicū siue inimicū necessitatem
habere. et claudit viscera sua ab eo. iuxta s̄niam bti
Iob. iam ampli⁹ nō ē charitas dei in eo. Sic ꝗ patꝫ
ꝙ sicut diligere affectu vno mō necessitatis est. alio
mō perfectiōis et superogationis. ꝙ ꝫm hūc modū
pn̄t solui diuerse auctes sanctoꝝ q̄ sibi vident̄ obui
are de dilectiōe inimicoꝝ. Ex his ptꝫ rn̄sio ad q̄ōneꝫ
ꝓpositā. patet etiaꝫ ꝓ magna pte rn̄sio ad obiecta.
Nam rōes q̄ ostēdunt ꝙ oēs teneāt̄ inimicos dilige
re effectu. intelliguntur in casu necessitatis. Auctes
vero q̄ in oppositum adducunt̄ intelligunt̄ de exhi
bitiōe operis magis generali. vicꝫ. cū se offert opor
tūitas cōgruitatis. ¶ Ad illđ vo qđ obi. ꝙ si benefa 28
ciendū ē amicis. malefaciendū ē inimicis. dōm ꝙ nō
sequit̄ ꝓpter hoc ꝙ amicis nō solū benefaciendūꝫ ē
ꝓpter illud in quo repugnāt inimicis. verūetiā ꝓpt̄
illđ in q̄ ꝯueniūt. vicꝫ. qꝛ sūt ad ymaginē dei. Vn̄ si
cut illud argumētū nō valet. albuꝫ ē visibile. ꝗ nigꝝ
ē inuisibile. qꝛ albū ē visibile ꝑ illđ in quo cōicat cuꝫ
nigro. sic nec rō p̄missa. ¶ Ad illđ qđ obi. ꝙ ꝫm ordi 29
nē nature inimicicia inducit pugnā. dō. ꝙ illud verū
ē vbi inimicicia ordinata ē ꝫm ordineꝫ nature. sicut
calidū inimicat̄ frigido. et sicco hūidū. ꝫ vbi ē inimi
cicia p̄ter nature ordinē ibi nō ē pugna ꝫm naturā ꝫ
magis cōtra naturā. talit̄ aūt ē in hoībus. qꝛ cum hō
sit aial māsuetū natura. ꝫm naturalē ordinē cū oib⁹
dꝫ hr̄e pacē et cōcordiā. Vn̄ ix inimico suo nō dꝫ hō
odire naturā ꝫ solū culpā. qꝛ nō ꝑsequit̄ ipm̄ natura
quā fecit de⁹. ꝫ malicia quā fecit hō. vt dicit Augu.
Cetera aūt q̄ opponunt̄ satis manifestantur per ea
que dicta sunt.

Q°. vj. f

Quid sit maioris ꝑfectiōis ⁊ meriti. vtꝝ diligē amicū.

an diligere inimicũ. Et ꝙ diligẽ inimicũ. vꝫ Math.
v. Si diligitis illos q̄ vos diligũt quã mercedẽ hebi
tis: Glo. ibi. nullã in celo. ſ ꝯſtat ꝙ d̄ dilectiõe inimi
coꝝ maioꝛ merces hẽt. g̃ maioꝛ ꝑfectõis ẽ et meriti
diligere inimicos q̃ amicos. Itẽ diligere inimicos
ẽ de ſupadditis a dño in euãgelio. ſ dñs nõ ſupaddi
dit niſi ea q̄ maioris ꝑfectionis erãt. vꝫ g̃ ꝙ maioris
ꝑfectiõis ſit diligere inimicos q̃ amicos. Itẽ vbi
ẽ maioꝛ pugna ibi eſt glorioſioꝛ victoria. et vbi ẽ maioꝛ
difficultas. ibi eſt maioꝛ ratio virtutis ꝛ meriti. ꝓ eo
qꝛ ars ꝛ virtꝰ ẽ circa difficilia. ſ maioꝛ ẽ pugna ꝛ dif
ficultas in diligẽdo inimicos q̃ diligendo amicos. g̃
maioꝛ ꝑfectio reſidet ꝛ meritũ circa dilectionẽ inimi
coꝝ q̃ amicoꝝ. Itẽ quãto hõ magis ſupra ſe eleua
tur in aliquo motu virtutis. tãto motꝰ ille ꝛ actio eſt
perfectioꝛ et excellẽtioꝛ. ſ in dilectiõe inimicoꝝ plus
eleuat̃ hõ ſupra ſe et ſupra ea q̄ ſũt nature q̃ in dile
ctiõe amicoꝝ. g̃ motus dilectionis circa inimicos eſt
magis meritoꝛius et ꝑfectꝰ q̃ motus dilectiõis erga
amicos. Itẽ quãto motꝰ dilectiõis ẽ ꝑfectioꝛ. tãto
ẽ liberalioꝛ et purioꝛ. amoꝛ eñ ſpũalis purus eſt ꝛ li
beralis. ſ motꝰ dilectiõis erga inimicũ purioꝛ eſt ꝛ li
beralioꝛ q̃ erga amicũ. Purioꝛ quidẽ. qꝛ nihil hꝫ ad
mixtũ de charitate. Liberalioꝛ. qꝛ minꝰ hꝫ de obliga
tiõis neceſſitate. g̃ vꝫ ꝙ multo ſit ꝑfectioꝛ. ꝛ deo acce
ptioꝛ. ꝛ ad merẽdũ efficacioꝛ. Sꝫ contra. dilectõ ini
micoꝝ ponit̃ ab Amb. in vltimo gradu. g̃ dilectio il
la maxime recedit a ꝑmo gradu dilectiõis. q̄ ẽ maxi
mꝰ et nobiliſſimꝰ. ſ q̄nto aliq̄d recedit a ꝑmo ꝛ ſum
mo in illo genere. tãto minꝰ hꝫ de ꝑfectiõe ꝛ comple
mento. Si g̃ dilectio inimicoꝝ magis recedit. g̃ vꝫ ꝙ
multo ꝑfectioꝛ et excellẽtioꝛ ſit motꝰ dilectiõis erga
amicũ q̃ inimicũ. Itẽ quãto dilectio ẽ excellentioꝛ.
tanto ẽ dilectiõi dei ſimilioꝛ. ſ deꝰ magis diligit dili
gẽtes ſe iuxta illud qđ dꝛ Prouerb. viij. Ego diligen
tes me diligo. igit̃ dilectio amicoꝝ magis aſſimilat̃
dilectioni dei q̃ dilectõ inimicoꝝ. g̃ ẽ multo ꝑfectioꝛ.
Itẽ motus dilectiõis tãto melioꝛ ẽ et ꝑfectioꝛ quã
to feruẽtioꝛ et frequẽtioꝛ. ſ motꝰ charitatis erga ami
cũ feruẽtioꝛ et frequentioꝛ ẽ q̃ꝫ erga inimicum. g̃ ꝛc.
Itẽ quãto motꝰ dilectiõis rectioꝛ ẽ et plus hꝫ de re
ctitudiẽ et equitate. tãto melioꝛ ꝛ excellẽtioꝛ eſt in ſe.
ſ magis iuſtũ et equũ ẽ diligere amicũ q̃ꝫ inimicũ. g̃
motꝰ iſte dilectõis ẽ melioꝛ illo. Itẽ in eo qđ meliꝰ
ꝛ ꝑfectiꝰ ẽ. magꝰ dꝫ hõ ſe exercere. g̃ ſi motꝰ dilectõis
erga inimicũ eẽt melioꝛ et ꝑfectioꝛ. frequẽtiꝰ deberet
homo circa ipm̃ affici et ꝓ ipſo orare. ꝙ ſi hoc ẽ incõ
ueniẽs dicere ꝙ magis debeat hõ orare ꝓ inimicis q̃
ꝓ amicis. qꝛ hoc eẽt ordinẽ charitatis ꝑuertere. g̃ re
ſtat ꝙ nõ ẽ maiꝰ bonũ inimicos q̃ꝫ amicos diligere.
50 R. ad ꝓdictoꝝ intelligẽtiã ẽ notandũ ꝙ cum queri
Utrꝫ deus magis dilexit genus hũanum q̄ xp̄m. Et ꝙ ſic vr̄ Joh. iij. Sic deus dilexit mõm vt fi. ſuũ vnige. daret. Sed qui dat aliquid ꝓ aliquo magis diligit illud ꝓ quo dat q̄ illḋ qḋ ꝯmutat. ſi ḡ deus filiuꝫ ſuum dedit ꝓ ſalute generis hũani. vr̄ ꝙ magis gen⁹ hũanũ q̄ xp̄m dilexerit. ¶ Item xp̄s homo eſt bonitatis finite. ḡ genus hũanũ cũ ſit multiplicabile de ſe in pſonas innumerabiles habꝫ quodammõ bonitatem infinitam. ſed quod plus hꝫ de rõne boni pl⁹ hꝫ a deo diligi. ḡ videt ꝙ deus magis diligat totũ hũanum genus q̄ illum hoiem ſolũ. ¶ Iteꝫ ꝓpter quod vnũquodq̄ ⁊ illud magis. ſed filius dei incarnatus fuit ꝓpter genus hũanum ſaluãdum. ⁊ hũana illa nã fuit aſſũpta ꝓ redimenda tota hũana nã. ḡ magis diligebat deus ipam hũanam nãm ꝓpter quã carneꝫ aſſũpſit. q̄ꝫ illã quam aſſũpſit. ḡ idẽ quod prius. Itẽ ſtultus eſt qui ꝯmutat rem maioris valoris ꝓ re minoris valoris. Si ḡ deus in redimẽdo genus hũanũ non vſus eſt ſtulticia. immo potius ſapientia. non ꝑdidit ſed lucratus eſt. ḡ maius bonũ fuit illud quod redemit q̄ illud ꝑ qḋ redemit. ⁊ qḋ magis eſt bonuꝫ magis diligit. Si ḡ deus hũanuꝫ genus ꝑ xp̄m redemit. vr̄ ꝙ mag⁹ ipm̄ genus totũ q̄ xp̄ꝫ dilexerit. Sꝫ ꝯ. phil. ij. dedit illi nomẽ quod eſt ſup oẽ nomen. ſed ſm dignitatem cõicati nominis attẽditur ꝓrogatiua amoris. ḡ ſi xp̄s etiã ſm hũanã nãm nomen ſup omne nomẽ cõicauit. vr̄ ꝙ ipm̄ ſup oĩa dilexerit. ¶ Iteꝫ Joh. iij. datus eſt ei ſpũs non ad mẽſurã. ſi ḡ alijs oĩbus dat ſpũs ad menſuram. ⁊ ſm ꝙ deus excellentius ſpm̄ tribuit. ſm hoc eminẽtius diligit. vr̄ ḡ ꝙ magis dilexerit xp̄m q̄ totum genus hũanuꝫ. ¶ Item aut deus appꝛeciabat illum hoiem tãtũ quãtum genus hũanum totum. aut nõ. Si ſic. habeo ꝓpoſituꝫ. Si non. ḡ non reputauit ſufficiẽs p̄cium. ḡ ꝑ mortẽ xp̄i non fuit ei ſatiſfactum. ꝙ ſi hoc eſt manifeſte falſum. quia abundãtiſſime ſatiſfactum fuit deo ꝑ mortem filij ſui. vr̄ ꝙ maioris p̄cij fuit xp̄s q̄ totũ genus hũanum. ¶ Itẽ in infinitũ maius eſt eſſe deũ q̄ habere deum. ſed deus ſic dilexit xp̄m ꝙ fecit ipm̄ eſſe deum. alios vero diligit ꝙ facit eos ſuũ habitaculũ. ḡ in infinituꝫ plus dilexit xp̄ꝫ q̄ totũ genus hũanũ.
26 ¶ R̄. dõ ꝙ xp̄s nominat pſonã in duabus naturis. quarũ vna eſt nobilitatis ⁊ dignitatis ĩfinite. Et ipa pſona in ſe. ⁊ nã vnita rõne pſone habet quãdaꝫ nobilitatem ⁊ dignitatẽ ſingularem ⁊ ineſtimabilem. ḡ abſq̄ oĩ calũnia p̄t ꝯcedi ⁊ dici ꝙ deus magis dilexerit ⁊ diligat xp̄m q̄ totũ genus hũanũ. ⁊ hoc ſatis expꝛ̄ſſe colligit ex verbis Anſel. vbi oſtẽdit ꝙ vita illius hois ꝑponderabat toti mundo. immo etiã nulle mũdis. ꝓpterea rõnes que ad hãc ptẽ inducunt ꝯcedende ſũt.
27 ¶ Ad illud qḋ obijcit ꝙ carius hẽtur illḋ qḋ emit. q̄ p̄ciũ quo emit. dõ ꝙ illḋ eſt veꝝ qñ p̄ciũ ab emẽte oĩo alienat ⁊ trãſfert in dominiũ alienũ. ſic aũt non eſt in ꝓpoſito. q2 pater non tradẽbat xp̄m ſine ſpe rehabẽdi ipm̄. immo ſic tradidit eũ ad mortẽ temporalẽ vt ſine more diſpendio ſuſcitaret eũ ad vitam immortalẽ. Unde q̄uis xp̄s vitam ſuã ꝓ nobis poſuerit. non tamẽ illam amiſit. quia eadem virtute qua aĩam poſuit volendo pati. ipam reſũpſit volendo reſurgere.
28 ¶ Ad illud quod obijcit ꝙ genus hũanum eſt bonitatis infinite cũ ſit in infinitum multiplicabile. reſpondendũ eſt ꝑ interẽptiõem vtriuſq̄. Q̄uis eñ genus hũanũ ſit in infinitũ multiplicabile quãtum eſt de ſe ꝑ generatõis ſucceſſiõem. ſi tp̄s ⁊ motus in infinitum duraret. tamen q̄tũcunq̄ multiplicetur ſemper eſt actu finitum ⁊ bonitatis finite. Hũana vero nã in xp̄o rõne gratie vnionis ꝑ quam datur ſpũs non ad mẽſurã quodãmõ habet immẽſitatis dignitatem. ob quã totum genus hũanuꝫ excedit quaſi iꝓpoꝛtõnabiliter. Et ideo ad illam rõem reſpõdendum eſt ꝑ interemptiõem.
29 ¶ Ad illḋ quod obijcitur. Propter vnũquodq̄ ⁊ illud magis. Solõ ꝙ illud verum eſt ſm ꝙ ꝓpter dicit habitudinẽ cãe finalis p̄ncipalis. nõ ꝓut dicit habitudinem rõis inducentis. hũanum vero genus reſpectu incarnatõis ⁊ natiuitatis xp̄i non fuit ratio finaliter mouens. ſꝫ quodãmodo inducens. non eñ xp̄s finaliter ad nos ordinat. ſed nos finaliter ordinamur ad ipm̄. q2 nõ caput ꝓpter mẽbꝛa. ſed mẽbꝛa ꝓpter caput. Rõ tñ inducens ad tãtũ bonum fuit noſtre repatõis remedium. ſicut in p̄ncipio huius tercij libri fuit oſtẽſuꝫ. Sed ex hoc non ſequit ꝙ genus hũanuꝫ ſit melius. quia minus bonum p̄t inducere ad faciẽdum mai⁹ bonum.
30 ¶ Ad illud quod obijcit vltimo ꝙ ſtultus eſt mercator qui emit rem charius q̄ valeat. dõm ꝙ illud non habet veritatem niſi in eo mercatore q̄ habet indigẽtiam p̄cij. ⁊ potius intendit in mercando ſeipm̄ ditare q̄ alienam inopiam releuare. nõ ſic aũt eſt in deo qui eſt diues in miſericordia. ⁊ bonoꝝ noſtroꝝ nõ indiget. qui nõ mercat ꝓpter ſuam vtilitatem augẽdam ſed ꝓpter noſtrã inopiam releuãdã. qui etiã non mercat ad ſue vtilitatis ꝓmotõnẽ. ſed potius ad liberalitatis oſtẽſionẽ. Et p̄terea maio-

ri precio voluit nos redimere q̄ nos valeremus. vt
eius liberalitatē circa nos cognoscentes. ex totis p̄
cordijs eidem adhereremus. vt eū diligeremus. ⁊ etiā
p̄ciositatem nostrā ex tanti p̄cij immēsitate meli⁹ co-
gnosceremus. Preterea deus nō redimebat ab alio
sed a seipo. Manus enī mie redimebat a manu iu-
sticie. in qua redēptōe non tm̄ considerabatur p̄ciosi
tas rei empte. sed etiam dignitas ipsius iusticie cui il
latum fuerat dāṅuz ⁊ offensa. Et quia offensio diuie
iusticie immense quādam habebat immēsitatem. iō
q̄uis homo redēptus non esset valoris infiniti. nec̄c-
rium tamen fuit ipm̄ redimi p̄cio multo maioris et
immēsioris valoris q̄ sit valor generis hūani.

¶ Questio. vj. f

Utrum magis dilexerit Iohānē q̄ petruz: Et q̄ sic
videtur p̄mo per textū euangelij Ioh. xix. Hic ē di-
scipulus ille quem diligebat ih̄s. sed hoc non dicit̄ p
discretōem q̄ alios non diligeret ih̄s. ḡ dicitur p ex-
cellētiam. quia ipm̄ p̄ ceteris diligebat. ¶ Item hoc
videtur p illud verbū ecclie qd̄ trahit̄ de vbis Be-
de. cantat ecclesia. hic est iohānes qui p̄uilegio amo-
ris ceteris altius a dn̄o meruit honorari. ¶ Itē hoc
ipm̄ vr̄ p testimoniū glose sup vlt̄. Ioh. vbi dic̄ glo.
Aug. q̄ petrus magis amabat. Iohes magis ama-
bat̄. ¶ Itē hoc videt̄ p signū familiaritatis diuine.
si enī xp̄s iohi se familiariorē exhibuerat. ⁊ maiora si
gna dilectōis ostēdebat. cū nihil p fictiōez facēt. vr̄ q̄
ipm̄ Iohez non solū magis q̄ petrū. sed etiā p̄ cete
ris diligebat. ¶ Sed ꝫ. Ioh. vltimo dixit dn̄s petro
Symon iohānis diligis me plus his. sed ꝯstat q̄ nō
sic quereret dn̄s nisi sciret q̄ cū petrus plus amaret.
Unde ⁊ glo. dicit. q̄ caute hoc innuit ih̄s dū interro
gās de amore dicit hic non alibi. sed deus magis di-
ligit eos qui magis se diligūt. ḡ ⁊c̄. ¶ Itē deus dicit̄
diligere q̄tum ad effectū. ⁊ magis diligere q̄tum ad
excellētiorem effectū. Si ḡ charitas est excellētissim⁹
effectus diuine bonitatis. si ḡ maiorem charitatē de-
derat petro. quia petrus magis ipm̄ amabat sic apte
innuit glo. ḡ videt̄ q̄ magis dilexerit petrū q̄ iohā-
nem. ¶ Itē xp̄s sp̄alissime dilexit ecclīam. ⁊ eam cō-
misit petro gubernādam. ḡ vr̄ q̄ non solū q̄tū ad ef
fectū ſꝫ etiā q̄tū ad signū magis dilexerit petꝝ. Iu-
xta hoc querit̄ quis erat melior. vtrū petrus an iohā
nes. Si enī petrus magis diligebat. ⁊ qui magis dili
git melior est. ḡ melior erat petrus q̄ iohānes. Rur-
sus si xp̄s magis diligebat iohānem q̄ petrū. ⁊ q̄ ma
gis diligit̄ ille est melior. ḡ melior est iohānes q̄ pe-
trus. que duo simul stare non p̄nt. ¶ R̄ ad hui⁹ in-
31 telligētiā qōis ē notādū q̄ hic ē triplex mod⁹ dd̄i. q̄-
rū vnus facit ad explicatōem alterius. Primus est
ſm̄ Aug. alter ſm̄ Bern̄. ⁊ tercius ſꝫ ꝯmunē modū
dd̄i. Aug. enī ad istaz qōnē sup Ioh. dicit. r̄ndens q̄
est dilectio in signo exteriori. ⁊ dilectō in affectu inte
riori. Si loquamur de dilectione in signo exteriori.
magis diligebat xp̄s Iohem q̄ petrū. quia maiorez
familiaritatē ei exhibebat. sicut pꝫ. quia sup pect⁹ ei⁹
in cena recubuit. Si vero loquamur de dilectōe q̄tū
ad affectū interiorē q̄ est affectus gr̄e. sic magis dili-
gebat petrū. quia maius mun⁹ gr̄e sibi dederat. Et si
tu obijcias q̄ deus illi debebat maiora signa dilectō
nis ondere. quē magis diligebat ſm̄ veritatē. R̄ndꝫ
Aug. q̄ p Iohem ⁊ petrū significat̄ duplex vita. per
petrū actiua q̄ trāsit. p Iohānē ꝯtemplatiua q̄ ma-
net. Un̄ petro dictū est. Sequere me. De Iohanne
vo. Sic eū volo manere. Et q̄m actiua liberalior est
⁊ fructuosior. ꝯtemplatiua vo purior ⁊ iocūdior. ⁊ ad
significādā ordiam hui⁹ duplicis vite familiari⁹ exhi-
bebat se dn̄s Iohāni q̄ petro. In cuius rei signū cō
misit dn̄s mr̄em Iohāni custodiēdā. petro vo curā
pastoralē. Et ex hoc dicit Aug. q̄ petrus erat melior.
sed Iohānes felicior. Et ſm̄ istū modū dd̄i satis pꝫ
r̄nsio ad obiecta. q2 p̄cedūt ſm̄ diuersas vias. Alius
mod⁹ respōdēdi ſm̄ Bern̄. est q̄ petrus dilexit feruē
tius ⁊ diligebat̄ fortius. Io. vo dilexit dulcius ⁊ dili
gebat̄ familiarius. ⁊ sic ſm̄ diuersas vias de vtroqꝫ
p̄t p̄cedi q̄ magis diligebat. ⁊ etiā q̄ magis diligeba
tur. ſm̄ q̄ rōnes ad vtrāqꝫ p̄tē inducte ondūt. Ter-
cius est modus dd̄i q̄ petr⁹ magis dilexerit deū in p
xio. Io. magis dilexerit deū in se. vn̄ petr⁹ accepit cu
rā regiminis. sed iohes grām ꝯtēplatiōis. Un̄ petr⁹
efficaciorē habuit grām ad laborē actōis. Iohes ve
ro efficacōrē ad q̄etē ꝯtēplatōis. Oēs āt hij modi di
cēdi sūt satis ꝯgrui. ⁊ vnus magis explicat alterum.
Ideo enī Iohes dilexit dulci⁹. ⁊ petr⁹ feruenti⁹. q2
Iohes accepit sp̄aliter grām ad amādū deuz in sez
ꝯtēplatōis soporē. petr⁹ vo p̄cipue ad diligēdū deuz
in p̄ximo p actōis laborē. Et hinc est q̄ petr⁹ dilige-
bat̄ a xp̄o forti⁹ q̄tū ad effectū gr̄e interioris. Iohes
vo familiari⁹ q̄tū ad signa exterioris cōuersationis.
Hec aūt signa familiaritatis dn̄s exhibebat Iohi n̄
solū p̄p̄ significatōem ſ3 etiā p̄p̄ qualitatē p̄sōe. Dili
gebat enim dn̄s Iohem sicut dic̄ Criso. magis fami
liarit̄ p̄p̄ ingenitā māsuetudinē ⁊ p̄p̄ v̄ginalē puri-
tatē. ⁊ etiā p̄p̄ iuuētutē q̄ etiā ceteris parib⁹ fac ho-
minē diligi magis tenē. Hijs visis pꝫ r̄nsio ad qōnē
⁊ ad obiecta. q̄m isti duo in dilectōe dei ſm̄ diuersas
ꝯsideratōes se mutuo excedebāt. hinc est q̄ ſꝫ q̄ ali-
q̄ diuersimode afficiūt̄ p̄ponūt iohez petro. q̄daz vo
sētiūt ecōuerso. Sꝫ q̄s eoꝝ apd̄ deū finalit̄ fuerit ca-
rior. hoc meli⁹ sciem⁹ in glīa. ⁊ meli⁹ est expectare q̄
h̄ temē diffinire. Hoc tm̄ dixisse sufficiat. q2 ille altior
est in celis. q̄ finalit̄ maiorē charitatē habuit in terr̄.
Et hoc dico q̄tū ad magnitudinē p̄mij ſbalis. Naz
q̄tū ad decorē aureole q̄ r̄ndet ꝯtinētie v̄ginali non
est incōueniēs Iohem petro p̄poni.

¶ Di. xxxiij. de virtutibus cardinalibus.

P Ost p̄dicta d̄ q̄tuor v̄tutib⁹ ⁊c̄. Pars ista in q̄ mgr̄ determiat d̄ habitib⁹ gratuitis p̄ut abiuicē distin
guūt̄ diuisa fuit in tres p̄tes. In q̄rū p̄ma determiat d̄ habitib⁹ v̄tutū theologicaꝝ. In scd̄a d̄ hitib⁹
v̄tutū cardialiū. In tercia d̄ hitib⁹ donoꝝ. Pria p̄te determiata. h̄ incipit scd̄a ps q̄ ꝯtinet distictōez
p̄ntez. Diuidit̄ āt ista ps in p̄tes q̄tuor ſm̄ quatuor q̄ determiat de ipis v̄tutib⁹ cardialib⁹. In p̄ma determi
nat de ipis q̄tū ad numeꝝ ⁊ distinctōem In scd̄a vo q̄ztū ad nois rōem. ibi. Hee v̄tutes cardiales dicūt̄. ⁊c̄.
In tercia vo mouet qōnē de ipaꝝ v̄tutū euacuatōe. ibi. Uerūtñ an hee v̄tutes ⁊c̄. In quarta vo ſbiungit qō
nis determinatōez. ibi. Quibusdā visū ē eas esse desituras ⁊c̄. Et illa vltima ps ſbdiuidi p̄t in quatuor In q̄
rū p̄ma r̄ndet ad qōnē p̄positā q̄ztū ad iusticie habitū. In scd̄a vo q̄ztū ad habit⁹ v̄tutū aliaꝝ ondēs ſꝫ quos
actus in patria remanebūt. ibi. Fortasse ⁊ alie tres v̄tutes. In tercia vo p̄determiata epilogat. ibi. Ecce apte
Aug. In quarta vo autoritatē ꝯfirmat. ibi. Beda ꝯsētit sup Exod. ⁊c̄.

Di.xxxiij.

De q̃tuor ỽtutib⁹ cardialib⁹ q̃tũ ad nũeꝝ ⁊ diſtictõꝫ. a

Poſt ꝑdicta de quatuor virtutibus que princi
pales vel cardinales vocãtur diſſerẽduz eſt.
que ſũt iuſticia. fortitudo. prudẽtia. temperã
tia. De quibus Aug. ait.[a] Juſticia eſt in ſubueniẽdo
miſer℞.[b] Prudentia in precauẽdis inſidijs.[c] Fortitu
do in ꝑferendis moleſtijs.[d] Temperãtia in coercẽdis
delectatõibus prauis. De hijs dicit̃ in libro ſapientie
Sobrietatem ⁊ prudẽtiam docet. iuſticiã ⁊ virtutez.
Sobrietatẽ vocat tꝑãtiã. ⁊ virtutẽ vocat fortitudinẽ

Aug.in li.xviij. de tri.
a
b c
d
Sap.viij.

¶ De q̃tuor ỽtutib⁹ cardialib⁹ q̃tũ ad nõis rõem. b
[e]. Hec virtutes cardinales dicuntur vt ait hierony/ e

1 a Juſticia eſt in ſb/ueniẽdo miſeris. Cõtra. vr̃ ꝙ male diffini/at iuſticiã hoc mõ. qꝛ iuſticia diſtinguit̃ cõtra miam. aut mia eſt ps iuſticie virtutis. cũ ğ ipius mie ſit ſbueni re miſeris. vr̃ male ħ notificari habitus iu/ſticie virtutis. Jtẽ iuſticie eſt reddẽ vni/cuiq; qđ ſuũ eſt. ſ ali/quib⁹ debem⁹ honorẽ. aliq̃bus ſbuẽtiõem. ğ ꝑdicta notificatio nõ ꝯuenit vͥliter iuſticie. Obediẽtia em̃ eſt ps iuſticie. ⁊ tñ obediẽtia non eſt ps in ſbueniẽdo miſeris ſ i obediẽdo mãdatis. ℞ᵒ dđ ꝙ mgr̃ ſiue Aug. cuius hec verba ſunt non intẽdit diffinire ipam virtutẽ generalit̃. ſed ſm ſuũ potiſſimũ ſtatũ. in quo ⁊ ſm quez cõformamur ad xp̃m. Et qm̃ i iſto ſtatu iuſticie (⁊ ſi multiſſint) maxime ꝯformamur xp̃o. ſ. in ſbueniendo miſeris. idõ iuſticia per actum iſtuz notificat̃. ñ quia gñaliter oi iuſticie ꝯueniat. ſed qꝛ cõuenit iuſticie i ſuo potiſſimo ſtatu. ex ħ tñ pt̃ colligi eius generalis notificatio. qꝛ ſicut miſeris debemus ſbuẽtiõem. ita alijs generib⁹ hominũ alia et alia debem⁹. Vñ gñalis notificatõ ipius iuſticie ex hoc poteſt elici ꝙ iuſticia ẽ virtus reddẽs vnicuiq; quod ſuuz
2 eſt. Et ſic patz ℞ᵒ ad illa duo obiecta. Notãdũ tamẽ eſt ꝙ ſbuenire miſer℞ pt̃ aliqs dupliciter. aut ꝓut mo/uet̃ ſb rõe debiti. aut ꝓut ſimplr̃ ꝯſiderat neceſſitatez ꝓximi cui ꝯpatiẽdũ ẽ. Et pmũ ẽ iuſticie. ſcđꝫ mĩe. Verũta/
3 men ſic̃ dictuz eſt mia ꝯtinet̃ ſb iuſticia cardiali. licz aliquo mõ iuſticia diſtiguat̃ ꝯ miam. Propt̃ quod nota ꝙ iuſticia dicit̃ multis modis. Vno mõ large ꝓut dicit generaliter rectitudinẽ ai. ſiue in declinãdo a malo. ſiue in faciendo bonũ. Et hoc mõ iuſticia eſt virtus generalis ſm quã quilibet hõ ſãctus dicit̃ eſſe iuſt⁹. Alio mõ dicit̃ ꝓprie iuſticia rectitudo ordinãs ad alterũ in reddẽdo ei qđ ſuũ eſt. Et ſic eſt virt⁹ cardinalis. Tercõ mõ dicit̃ iuſticia magis ꝓprie ſm ꝙ dicit rectitudiem in reddẽdo id qđ eſt pene. ⁊ accipit̃ ibi iuſticia ꝓ ſeueri/tate. ⁊ ſic iuſticia diſtiguit̃ ꝯ miam. ⁊ eſt ps iuſticie cardialis. Si aũt q̃ras q̃re iuſticia mag℞ accipiat̃ gñalit̃ ꝙ̃
4 alia virtus. hoc eſt qꝛ nomẽ iponit̃ ab ordie rectitudis. q̃ generaliter ꝯuenire pt̃ omi virtuti. b Prudẽtia in ꝑcauẽdis inſidijs. Cõtra. qꝛ cũ inſidie ſint de contigẽtibus futuris et occultis. ⁊ iſta nõ cognoſcant̃ ꝑ ỽtutẽ aliquã. ſ poti⁹ ꝑ donũ ꝓphetie. nõ vr̃ ꝙ notificatõ illa ꝯueniat prudẽtie. Jtẽ tres ſũt ptes prudẽtie ſic̃ dic̃ tul/lius. vicz. memoria. itelligẽtia. ⁊ ꝓuidẽtia. ⁊ ſola ꝓuidẽtia eſt reſpectu futuri. ğ ipa ſola eſt in ꝑcauẽdis iſidijs. ğ nõ vr̃ ꝙ iſta notificatõ ipi⁹ prudẽtie ſit ꝯũis ⁊ general℞. ℞ᵒ dđ ꝙ ſicut ꝑdictũ eſt de iuſticia. ita itelligẽduz eſt de prudẽtia. ꝙ qꝛ ſũmus act⁹ prudẽtie ꝯſiſtit i ꝑcauẽdo iſidias. iõ mgr̃ ꝑ actũ illũ diffinit prudẽtiã. Vñ vez ẽ ꝙ notificatõ illa accipiẽdo ꝑciſe ꝯuenit vni ſoli prudẽtie pti q̃ eſt ꝓuidẽtia. tñ large accipiẽdo oẽs ptes ꝓui/dẽtie ordinãt̃ ad iſtã. qꝛ memoria ꝑteritoꝝ ordiat ad cautelã futuroꝝ. parũ em̃ valet ẽẽ circũſpectũ in hijs q̃ facta ſũt. niſi ꝑ ħ fiat homo circũſpectior i hijs q̃ ſũt faciẽda. Ad illđ ğ qđ obĩ ꝙ nemo pt̃ ꝓſcire futuras iſidi/as niſi ꝓpha. dđ ꝙ q̃uis nõ poſſit ꝓſcire cognitõe certitudis. pt̃ tñ ꝓſcire cognitõe ꝯiecture. ſicut i ſignis pñti/b⁹ notificat hõ futuꝝ euentũ. ¶ Fortitudo in ꝑferẽdis moleſtijs. Cõtra. diffinitõ iſta vr̃ male aſſignata. qꝛ
5 ſm ꝙ dic̃ phs i hoc diſtiguit̃ patiẽs a forti. ꝙ patiẽs patit̃ ⁊ deducit̃. fortis nec patit̃ nec deducit̃. ğ nõ vr̃ ꝙ fortitudo ſit i ꝑferẽdis moleſtijs. ¶ Jtẽ ois ỽtus eſt circa delectatões ⁊ triſticias. ğ fortitudo nõ tm̃ ẽ circa ea q̃ moleſtãt ſ etiã circa ea q̃ delectãt. Et rurſ⁹ cũ ois virt⁹ ſit circa delectatões ⁊ triſticias. vr̃ ꝙ ꝑdicta notifica tõ oi ỽtuti ꝯueniat. ℞ᵒ. dđ ꝙ ferre moleſtias ⁊ ſi habeat iĩctũ ſibi pati. tñ pl⁹ dic̃ actõem q̃ paſſiõem. Jlle em̃ dr̃ moleſtias ꝑferre q̃ ꝑfecte eas fert. hoc eſt q̃ in eis nõ ſuccũbit ſ q̃ eis ſupeffert̃. ⁊ tal℞ vere dr̃ fort℞. qꝛ nõ ſolũ nõ deducit̃. verũ etiã mag℞ agit q̃ꝫ agat̃. ⁊ ħ eſt ꝓpũ ipius fortitudis. Licet etiã ois ỽtus circa delectatiões et triſticias ꝯſiſtat ꝑ modũ electõis ⁊ fuge. ſola tñ ỽtus fortitudis ꝯſiſtit ꝑ modũ ſupportatõis ⁊ tolerãtie. ⁊ ſic manifeſta ſũt illa duo q̃ opponit. d Tꝑantia i coercẽdis delectatõib⁹ prauis. Cõtra. xp̃s potiſſime habuit
6 tꝑãtiã. ⁊ adã i ſtatu pmo. tñ nec iſte nec ille ꝑ tpe illo delectatões prauas arcebat. ğ nõ vr̃ ꝙ ꝑdicta notificatõ ſit recte aſſignata. Jtẽ ꝑfecte coercẽ delectatões prauas ħ ẽ ipas nõ ſẽtire. ſ ħ ẽ ꝓuatõ nõ poſitõ. ğ cũ q̃lib; ỽ tus hẽat actũ poſitiuũ ꝑ quẽ notificat̃. vr̃ ꝙ tꝑãtia male diffiniat̃. ℞ᵒ. dđ ꝙ ħ diffinit̃ tꝑãtia ſm ſtatũ nãe la/pſe. i q̃ delectatões praue oriunt̃. ⁊ ꝑ ỽtutẽ tꝑantie refrenant̃. ⁊ circa ħ ꝯſiſtit maxia difficultas tꝑantie i vi/toꝛib⁹. ⁊ in ħ ꝯformamur xp̃o lꝫ nõ oino. qꝛ xp̃s hmõi delectatões nec ſẽſit nec eis ꝯſẽſit. nos aũt ⁊ ſi nõ ꝯſẽti/mus. eas tñ ſentim⁹. ⁊ ſic aliq̃ mõ eidẽ cõformamur. ⁊ tũc delectatões hmõi coercemus. Vñ coercẽ pt̃ dicere quãdã reſiſtẽtiã reſpectũ hmõi delectatõnũ q̃ ẽ i eaꝝ repſſiõe. Vel pt̃ dicẽ ois iordiate delectatõis abſẽtiã ⁊ ꝓ/uatõem. Et pmũ eſt hois i ſtatu nãe lapſe. ſcđm vero pt̃ ẽẽ xp̃i ⁊ hois iſtituti. Ad illud ğ qđ obĩ ꝙ ois act⁹ ỽ/tutis ẽ poſitiuus. dđ ꝙ ẽ loq̃ đ actu iterioꝛi ⁊ de actu exterioꝛi. Cũ ğ dr̃ ꝙ ois act⁹ virtutis ẽ poſitiu⁹. dđ ꝙ ve/rũ ẽ de actu meritoꝛi. ſ de actu exterioꝛi nõ ẽ gñalit̃ veꝝ. Velle em̃ carere aliq̃ qđ nõ decet virtutis eſt. ⁊ velle abſtinẽ ab aliq̃ qđ nõ lꝫ. ⁊ ſic ad virtutẽ ſpectat ſiletiũ ⁊ ieiuniũ. Q̃uis em̃ nõ loq̃ ⁊ nõ mãducare ſint ꝓuatõis. tñ velle nõ loq̃ ⁊ nõ mãducare ſũt poſitõis ⁊ act⁹ virtutis. e ¶ Hec ỽtutes cardiales dicunt̃ (vt ait hieroni
7 mus) q̃bus in hac moꝛtalitate bñ viuit̃. ⁊ poſt ad eternã vitã ꝯuenit̃. Cõtra. nõ vr̃ recta ꝓ nomis aſſignari. Per hãc em̃ rõem vr̃ ois virt⁹ cardial℞ eẽ. qꝛ oi virtute recte viuit̃. Et ois virt⁹ eſt via ꝯueniẽdi in regnũ. Jtẽ cũ cardiales dicant̃ qꝛ ſunt ꝑncipales ⁊ ꝑncipiũ mouẽdi. cũ charitas ſit magis ꝑncipalis ⁊ ꝑncipiũ mouẽdi. vr̃ ꝙ charitas ſit virt⁹ cardialis. Jtẽ cũ ipſa ſit non tm̃ virtus ſ etiã auriga virtutũ. ⁊ aliaꝝ directia. vr̃ ꝙ ipa

Qr hee ꝟtutes in xp̄o fuerūt.

mus quibus in hac mortalitate bene viuitur. et post ad eternam vitam puenitur. Que in xp̄o plenissime fuerūt ꝛ sūt. ꝺ cui⁹ plenitudīe nos accepim⁹. In q̄ habuerūt vsus eosdez quos in patria habēt ꝛ quosdam etiā vie.

¶ Qō de euacuatōe vir. car. ī futura vita c

Uerūtn̄ an hee ꝟtutes cū ꝛ ip̄e in aīo eē incipiāt. q̄ cū sine ill' p̄us eēt tn̄ anim⁹ erat. desināt eē cū ad eterna pduxerint non nulla qō est.

¶ Qōnis determinatō q̄ntū ad iusticie habitū. d

Quibusdā visuz ē eas eē desituras. Et ꝺ trib⁹ q̄dem prudētia. s. fortitudīe ꝛ tp̄ātia. cū h̄ dr̄ nō nihil dici videt̄. Justicia ei imortalis ē ꝛ magis tūc pficiet̄ in nob q̄z eē cessabit. cuz beate viuem⁹ ꝯtēplatōe nāe diuie q̄ creauit oēs ceterasq̧ istituit nās. q̄ nihil amabilius ꝛ meli⁹ est. Cur regēti sbditū esse iusticie est. Et iō f immortal' est oīno iusticia. nec ī illa btītudīe esse desinz. sed talis ac tāta erit vt pfectior ꝛ maior eē nō possit.

¶ Qōis determiatō q̄tū ad hit⁹ aliaꝝ ꝟtutū. oñdēs fm̄ q̄s act⁹ in patria remanebūt. e

Fortassis ꝛ alie tres ꝟtutes. prudētia sine vllo iā picu lo erroris. fortitudo sine molestia tolerādoꝝ malorū. tp̄ātia sine repugnatiōe libidinū erit ī illa felicitate. vt prudētie ibi sit nullū bonū deo p̄ponē vel equare. fortitudīs ei firmissime coherē. tp̄ātie nll'o defectu noxio delectari. Quod vero nūc agit iusticia ī subueniēdo miseris. q̄d prudētia in p̄cauēdis insidijs. q̄d fortitudo in pferēdis molestijs. q̄d tp̄antia in coercēdis delectatiōibus prauis. n̄ erit ibi oīno vbi nihil mali erit. Ista ḡ ꝟtutū opa huic vite mortli ncc̄ria. sic̄ fides ad quā referēda sūt in p̄teritis habebūtur

¶ Predeterminata epilogat. f

Ecce aperte hic dicit Aug. ꝙ p̄dicte virtutes in futuro erunt. sed alios vsus tunc habebunt q̄ꝫ mō.

¶ Autoritatē Aug. ꝯfirmat. g

Beda.

Cui beda assentit sup Exodū ita dicens. Colūne ante quas expāsum est veluz. potestates celi sunt q̄tuor eximijs ꝟtutibus p̄clare. id est fortitudine. prudētia. tp̄ancia. iusticia. que aliter in celis seruātur ab angelis ꝛ animabus sācis q̄z hic a fidelibus. Et consequēter assignat Beda vsus illarū virtutum fm̄ presētem statum ꝛ futurū imitans Augu. in premissis assignationibus.

possit dici cardinalior alijs. Juxta hoc querit̄ q̄re hm̄oi virtutes cardinales dicūtur politice magis q̄ꝫ theologice. R⁹. dō ꝙ hm̄oi virtutes dicunt̄ ꝯsuetudinales. politice. et cardiales. Cōsuetudinales dicunt̄ rōne sui p̄ncipij origialis sz ꝙ acq̄runt̄ ex frequenti bn̄ agē. Politice vero dicunt̄ rōe opatōis et exercitij sibi debiti. or sicut theologice dicūt̄ q: ordinant hoiez ad diuia. ꝛ q̄si faciūt hominē diuinū. sic iste ꝟtutes dicunt̄ politice. q: reddūt hoiem bene ordiatū ad viuēdū inter hoies. vn̄ politica virt⁹ dr̄ a polis qd̄ est pluralitas. Cardiales ꝺo dicunt̄ rōne finis vltimi. q: p istas ē ingressus ad celestia regna. Duplex est enim porta ingrediēdi in celū. vicz. p obseruātiaz mandatorū fm̄ illud Math. xix. Si vis ad vitā ingredi serua mādata. Et p tolerātiam tribulatōnū. fm̄ illud Actū. xiiij. Per mltas tribulatōnes oportet nos ꝛc̄. Ad ista duo p̄ncipalit̄ ordināt iste q̄tuor virtutes. ꝛ iōo dicūt̄ p̄ncipales ꝛ cardiales. Jōo aūt iste ꝟtutes p̄ncipaliter ordinant. q: sumunt̄ a noibus precipuis fm̄ q̄s hō dz versari ī agēdis ꝛ patiēdis. Jn oībꝰ eīn agēdis vl' patiēdis dz hō attēdē arduitatē sz quā ꝯditōez attēdit̄ fortitudo. ꝛ eq̄tatē sz quā attēdit̄ iusticia. ꝛ honestatē sz quā attēdit̄ tp̄ātia. ꝛ vtilitatē sz quā attēdit̄ prudētia. Et q: iste q̄tuor ꝟtutes cardiales ad q̄s reducūt̄ oēs ꝟtutes īducūt ad recte agēdū vl' paciedū. iō iste q̄tuor ꝟtutes dicūt̄ cardiales ꝛ p̄ncipales. Et sic pz q̄re iste virtutes sic nominēt̄. Et ꝙ rō hiero. q̄ ponit̄ ī lr̄a ē valde bōa. Nec valz illō qō obī ꝺ ꝟtutib⁹ theologic̄ ꝛ ꝺ charitate. q̄ꝫ ip̄e theologice ꝟtutes tāq̧ excellētiores sortiūt̄ nobili⁹ nomē. Preterea n̄ sumūt̄ sz illas q̄tuor ꝯditōes p̄ncipales q̄ req̄rūt̄ ad virtutē. rōe q̄rū iste vocāt̄ cardiales. Et p h̄ pz illō qō obijciebat̄ p̄mo ꝛ scd̄o. Ad illō vero qō obijciebat̄ tercō silr̄ pz rn̄sio. q: oēs virtutes iste eq̄lit̄ dicunt̄ cardiales p eo ꝙ iste oēs rōes penes q̄s accipiūt̄ eq̄lit̄ sūt ncc̄rie ad virtutē. vicz. rō ardui ꝛ honesti. ꝛ debiti siue pulchri ꝛ eligibil'. f Immortal' ē oīno iusticia ꝛc̄. Jnnuit h̄ mgr̄ ꝙ iusticia ī futura btītudīe n̄ desinet. nec alie tres ꝟtutes. vicz. prudētia. fortitudo. ꝛ tp̄ātia. Et q̄r rō hui⁹ ꝺ ordīe istaꝝ q̄tuor virtutū. q: mgr̄ sp h̄ p̄mittit iusticiā. ꝛ scd̄o sbiūgit prudētiā. ꝛ tercō fortitudinē. ꝛ q̄rto tp̄ātiā. Sz ī 3° eiū h⁹ ē ꝙ phs ī psecutōe harū virtutū p̄mo ordiat fortitudinē. ꝛ scd̄o tp̄ātiā. Jtē vr̄ ꝙ prudētia debēt oīb⁹ alijs p̄mitti. q: oñdit viā alijs. ḡ sicut palpebre debēt p̄cedē gressus. sic vr̄ ꝙ prudētia ordināda ē ante alias. Jtē Sap. viij. premittitur continētia. ꝛ sbiūgit̄ prudētia. ꝛ tercō iusticia. ꝛ quarto fortitudo Ait eīn sic. Sobrietatē docet. ꝛ sapiam. ꝛ iusticiā. ꝛ virtutez. R⁹. dōm ꝙ iste virtutes possūt q̄druplr̄ considerari fm̄ ꝙ q̄tuor sūt. ꝛ fm̄ q̄druplicē cōsideratōem quelibz p̄mo loco pt̄ ordiari. Pz eīn virt⁹ compari ad sb- g 9

lectū ⁊ habet ꝯpari ad obiectū. Ad ſbiectū aūt ꝯpaꝛ̄ dupl̄r. aut ſm ordinē in acq̄rēdo. ⁊ ſic opoꝛ̄ incipe a cō
tinētia. q̄ ſicut mediꝰ coloꝛ alijs coloribꝰ ſbſterniꝛ̄. ſic mūdicia carnis p̄mitti dꝫ alijs virtutibꝰ. Et iſte ordo cō
ſideraꝛ̄ in libro ſapie. vbi p̄mittiꝛ̄ alijs. Alio mō ꝯpanꝛ̄ virtutes ad ſbiectū ſm ordinē in pficiēdo. ⁊ q̄ in pfe
cto exercitō virtutū cognitō p̄cedit. ſic prudētia oibus alijs hꝫ p̄poni. Et ſic p̄mittit eā Bern̄. ad eugeniū. di
cens ꝙ nō tm̄ eſt virtus. verū etiā auriga virtutū. Si aūt ꝯſiderentur per ꝯpatiōem ad obiectum hoc p̄t eſſe
dupl̄r. q̄ obiectū virtutis eſt bonū ⁊ difficile ſm ꝙ dicit phs. Si ꝯpanꝛ̄ ad obiectū ſb rōne difficultatis. ſic p̄t
eſſe fortitudo. q̄ magis ꝯſiderat difficile. ⁊ hoc mō ordiat phs in ethicis p̄mittēs fortitudinē alijs. ⁊ deinde ḡ
datim deſcēdēs ſm ꝙ magis ⁊ minꝰ hn̄t rōnē difficilis. Si aūt ꝯpanꝛ̄ ſb rōne boni. ſic p̄ma oim virtutū ē ip
ſa iuſticia. cuiꝰ maxime eſt ordinē ꝯſiderare. ⁊ alijs bonū ſuū cōicare. ⁊ hoc mō ordiat Aug. ⁊ mgr̄ in lr̄a. Et p
hoc pꝫ rn̄ſio ad obiecta. patēt etiā ea q̄ dicunꝛ̄ in lr̄a. Et ex hijs q̄ q̄ſita ſūt poſſūt formari ſex ꝓblemata p̄ter
illa que q̄ſita ſūt. quatuoꝛ videlicet de diffinitōibꝰ haꝝ q̄tuoꝛ virtutū. ⁊ duo ſequētia de eaꝝ virtutū nomie et
ordine. ⁊ iſta ſufficiāt de virtutibꝰ cardinalibꝰ in ſua generalitate.

Ad intelligētiā huius ptis totalis ⁊ diſtinctō
nis breuis incidit hic q̄ō de virtutibꝰ cardia-
libus in ḡnali. ⁊ circa hoc breuiter pn̄t ſex q̄-
ri. Primo queriꝛ̄ de ipis virtutibꝰ cardinalibꝰ q̄ꝫtū
ad earū neccitatē ſiue vtilitatē. Scđo q̄ꝫtū ad diuerſi
tatē. Tercio q̄ꝫtū ad ſbiectum. Quarto q̄ꝫtum ad
numeꝝ. Quinto queriꝛ̄ de ipis q̄ꝫtū ad originē. Se
xto ⁊ vltio q̄ꝫtū ad diſtictōem finalē.

Queſtio. j. a

Vtrū oportunū ſit p̄ter virtutes theologicas cardia
les ponere. Et ꝙ ſic vr̄ Sap. viij. Diciꝛ̄ in ꝯmēdatōe
ſapie ꝙ ſobrietatē ⁊ prudētiā ⁊ iuſticiā ⁊ virtutē do-
cet. q̄bus vtiliꝰ in vita nihil eſt hoibus. ſed p illa q̄tu
oꝛ intelligunꝛ̄ virtutes cardiales. ḡ ſūt nob maxime
vtiles ⁊ oportune. Itē puatōes haꝝ virtutū ſiue
vicia eis oppoſita pducunt ad mortē. ſicut gula. lu-
xuria. auaricia ⁊c. ſed ſicut puatiōes ſūt pnicioſe. ſic
poſitōes ſūt vtiles ⁊ oportune. ḡ vr̄ ꝙ ſit magna ne-
ceſſitas habēdi virtutes cardiales. Itē nullus p̄t
ptingere ad regnū celoꝝ niſi p impletiōes mādatoꝝ
dei. ſed quedā ſūt mādata ad quoꝝ impletōem v̄tu-
tes cardiales habilitāt. vtpote ſūt mādata ſcđe tabu
le. ḡ vr̄ ꝙ ad obtinēdā ſalutē valde ſūt nobis neccrie
Itē ſicut q̄s pdit vitā p pctm̄ in deū. ita etiā p̄t p-
dē p pctm̄ in ꝓximū. ḡ ſicut neccriū ē hr̄e virtutes or-
dinātes ad deū. ita neccriū eſt hr̄e virtutes ordinātes
ad ꝓximū ⁊ ad ſeipꝫ. Sꝫ virtutes ordinātes ad deū
ſūt theologice. ordinātes ad ſe ⁊ ad ꝓximū ſūt cardi-
nales. ḡ virtutes cardiales ſūt neccrie. Sed ꝯ. Ro.
xiij. Qui diligit ꝓximū legē impleuit. ſed q̄ legē iplet
hꝫ oē illđ qđ ſibi neccriū eſt ad ſalutē. ḡ q̄ hꝫ charita-
tē nō indiget alia virtute ad ꝓximū ordināte. habitꝰ
ḡ virtutibꝰ theologicꝭ vr̄ ꝙ ſupfluāt cardiales. Itē
virtutes ſūt neccrie p̄ncipal̄r ad ordinādū aie affectō
nes ſm ꝙ dic̄ Aug. in li. de ſpū ⁊ aia. ſꝫ oim affectōnū
p̄ncipiū eſt amoꝛ ſm ꝙ dr̄ in. xiiij. de ci. dei. Cū ḡ cha
ritas ſufficienꝛ̄ ordiat amorē. vr̄ ꝙ q̄ hꝫ rectitudineꝫ
charitatis nō indigꝫ rectitudie alteriꝰ v̄tutis. Itē
virtutes ſūt ad reformādū potentias aie. ſed potētie
aie reformāꝛ̄ p grām ⁊ tres virtutes theologicas in
q̄bus attēdiꝛ̄ imago reformatōis p grām. ḡ vr̄ ꝙ illꝰ
habitis nulla ſit neccitas vel vtilitas cardialis v̄tutꝭ.
Itē virtutes ſūt ad dirigēdū in actōibus ⁊ paſſio
nibus. ſed p fidē ſufficiēter dirigiꝛ̄ intellectꝰ. ⁊ p cha
ritatē dirigiꝛ̄ affectus. ḡ virtutibꝰ theologicis habitꝭ
10 vr̄ ꝙ cardiales ſupfluāt. Rn̄ ꝙ generalꝭ neccitas v̄-
tutis eſt ad rectificādū potētias aie ꝯ obliq̄tatem. et
ad vigorādū ꝯ difficultatē. Virtꝰ eīm faciꝛ̄ potētiaꝫ re
ctā ⁊ vigoroſā. ⁊ q̄m ꝯuenit hoiem ordiari ad deum.
ꝯuenit nihilominꝰ hoiem ordiari ad ꝓximū ⁊ ſeipꝫ.
⁊ in hijs eiſdeꝫ p̄t obliquari ⁊ ipediri ſiue retardari.
hinc ē ꝙ nō ſolū indiget habitibus ipm vigorātibꝰ ⁊
rectificātibus, put directe tēditi deuꝫ. cuiuſmodi ſūt
habitus virtutū theologicaꝝ. ſed etiā indiget hitibꝰ
ipm regulātibꝰ ⁊ rectificātibꝰ put ordiaꝛ̄ ad ſeipm ⁊
ad ꝓximū. ⁊ tales ſūt habitꝰ virtutū cardialiū. Vn̄ ſi
cut p̄ter p̄cepta p̄me tabule q̄ directe ordināt i deū.
oportunū fuit ponere p̄cepta ſcđe table que ordiant
ad ꝓximū. ſic etiā in habitibꝰ eſt intelligēdū. ⁊ ꝓpte-
rea p̄ter habitū virtutū theologicaꝝ neccriū eſt ad ſa
lutem ponere habitus virtutū cardinalium ſicut rō
nes ad p̄mā ptem inducte oſtēdunt. ⁊ ꝯcedende ſūt. 11
q̄m veꝝ concludunt. Ad illud vero quod p̄mo ob
ijciꝛ̄ in contrariū ꝙ ille qui diligit ꝓximū legem im-
ple. Rn̄. ꝙ hoc non diciꝛ̄ ꝓpter hoc ꝙ implere legem
ſit ipius dilectiōis tm̄ rōe ſui. ſed hoc ē ꝙ habꝫ alios
habitus annexos. qui ad ipius dilectiōis ⁊ charita-
tis imperiū quodāmodo moti dirigūt ⁊ habilitāt ad
obſeruanda opera mādatoꝝ. ſicut mādatum de nō
fornicando obſeruat q̄s p caſtitatē elicitiue. ſed per
charitatem impatiue. hoc aūt attribuit apl̄s dilectō
ni ⁊ charitati. q̄m ipa ē mater forma ⁊ finis oim vir-
tutum ſicut ſupius tactum fuit. ⁊ in ſequētibus ſuo
loco melius explanabiꝛ̄. Ad illđ quod obijcitur ꝙ
om̄is affectō ortum habet ab amore. Rn̄. ꝙ ⁊ ſi om̄is 12
affectio ortum habeat ab amore tanq̄ꝫ ex affectione
p̄ncipali ipius aie. amoꝛ tamē non eſt tota cā aliarū
affectōnū. ideo nec regula ipius amoris in ſe ſufficit
ad rectificatōeꝫ aie niſi ſint virtutes in ea alios affe-
ctus regulātes ⁊ dirigētes. Et ꝓpterea illa ratio po-
teſt diſſolui ꝙ ꝓcedit ab inſufficiēti. Ad illud qđ 13
obijciꝛ̄ ꝙ virtutes ſūt ad reformādū potētias. dōm
ꝙ verū eſt. ſꝫ facies potētiaꝝ aie duplex eſt ſm dupli
cē ꝯuerſiōem ⁊ duplicē eiꝰ ꝯuerſionē. videlicꝫ. ad infe
riꝰ ⁊ ſupius. ad bonū creatū ⁊ ad bonū icreatū. et ad
finē ⁊ ad illđ qđ eſt ad finē. iđ cū dicit ꝙ aia ſufficiēꝛ̄
formaꝛ̄ ⁊ reformaꝛ̄ p virtutes theologicas. dōm ꝙ veꝝ
eſt p ꝯpatōem ad ſupius. ſꝫ ex hoc nō ſequiꝛ̄ ꝙ cardi
nales virtutes ſupfluāt. q̄ ipam aiam informant et
reformāt p ꝯpatōem ad creatū qđ eſt ad finē ordia-
tū. Et ſi tu obijcias ꝙ virtutes theologice n̄ tm̄ in fi-
nē ſed etiā in hijs que ſūt ad finē ordināt ſicut pꝫ in
charitate. dōm ꝙ illđ nō eſt p̄ncipaliꝛ̄ ſed ex ꝯñti. Ad
illđ qđ obiꝛ̄ ꝙ virtutes ſūt ad dirigēdū actus potētia 14
rū. dōm ꝙ vires aie quoſdā actus habent ordiatos ad
vitā ꝯtemplatiuā. quoſdā ad vitā actiuā. vtroſq̄ꝫ ac-
tus neccriū eſt ordinare. quia vterq̄ꝫ modus viuendi
eſt neccrius ad hoc ꝙ poſſit q̄s btitudinem ꝓmereri.
Cū ḡ dicit ꝙ fides ſpes charitas dirigunt actus po-
tentiaꝝ aie. dōm ꝙ ⁊ ſi hoc poſſit ꝯcedi in actibus qui
ſpectāt ad vitā ꝯtemplatiuā. non tn̄ veꝝ eſt in agen-
dis ſiue in actibus q̄ ſpectant ad vitā actiuā. ⁊ iđ nō
ſequiꝛ̄ ꝙ virtutes cardiales ſupfluāt.

Queſtio. ij. b

De virtutibus cardinalibus q̄tū ad ipſarum diuerſi
tatē. ⁊ querit̄ vtrū oēs virtutes cardinales ſint vna
virtus an diuerſe: Et ꝙ ſint diuerſe oſtēditur p̄rimo
ꝑ potētias quas dirigūt. q̄ prudētia dirigit rōnalē.
tpancia ꝯcupiſcibilē. fortitudo iraſcibilē. cū ḡ poten
tie ſint ꝓpria ſbiecta habituū. ⁊ ꝓprijs ſbiectis diuer
ſificatis formaliter. neceſſe eſt ipoꝝ habitus forma
liter diuerſificari. ⁊ p̄dicte potētie aīe ſint diuerſe. vr̄
ꝙ neceſſariū ſit cardinales ꝟtutes eſſe diſtinctas et
eſſētialiter diuerſas. Item hocipm̄ videt̄ ꝑ actus
quos eliciunt. q̄m alius eſt actus ipius prudētie for
maliter loquēdo. alius tpantie. ſicut patet. cū ḡ habi
tus diuerſificētur ꝑ actus diuerſificatōne formali et
eſſentiali. vr̄ ꝙ neccīū ſit habitus cardinaliū virtutū
eſſētialiter diſtingui. Itē hocipm̄ oſtēdit̄ ꝑ obiecta.
quia tpantia eſt circa delectatōnes. ⁊ fortitudo circa
paſſiones. cū ḡ p̄ma diſtinctio habituū ortū habeat
ab obiectis. vr̄ ḡ idem qđ p̄us. Itē hīpm̄ quarto lo
co oſtēdit̄ ꝑ vicia circa q̄ ſūt. Si eīn vicia quibus op
ponūtur hmōi. ꝟtutes ſimpliciter ſūt diuerſoꝝ gene
rum. ⁊ ꝑuatōes diſtinguūtur ⁊ diuerſificātur ꝑ ipos
habitus. vr̄ ḡ ꝙ neccīū ſit habitus virtutū cardina
liū formaliter ⁊ eſſētialiter abinuicē diſtingui. Itē
hocipm̄ oſtēditur ꝑ medietates ſm̄ quas hmōi ꝟtu
tes attendūtur. ſi eīn hmōi virtutes cardinales hn̄t
medietates formaliter differētes. cū medietates re
ſpiciant virtutes ſm̄ ipaꝝ rōem formalē. vr̄ ergo ꝙ
neccīū ſit ipas virtutes cardinales eſſētialiter ⁊ for
maliter eſſe differētes. Sed ꝯ̄. Aug. de morib⁹ ec
cleſie. Illud quod quadriptita dicit̄ virt⁹. ex ipſius
amoris vario quodāmodo affectu quātuꝫ intelligo
dicit̄. ſed hoc non dicit diuerſitatē ſm̄ eſſentiā. ſed ſo
lū ſm̄ relatōem. ḡ vr̄ ꝙ virtutes cardinales ſolūmo
do ſm̄ compatōem habeāt diſtingui non ſm̄ ſbam
abſolutā. Itē Aug. in li. de quātitate aīe. Uirt⁹ eſt
equalitas vite rōni vndiqꝫ ꝯſentiēs. ſed equalitas vi
te vndiqꝫ non p̄t eſſe ſm̄ vnā compatōeꝫ. ſed ſm̄ cō
patōem ad oēꝫ actū ⁊ ad oīne obiectū. ḡ ſi hec ē dif
finitio virtutis recte aſſignata. vr̄ ꝙ quelibet virtus
ad oēm actum ⁊ ad oīne obiectū habeat aīam ordia
re. ſed hoc non eēt ſi ꝟtutes diſtinguerētur penes ac
tus ⁊ obiecta. ḡ vr̄ ꝙ ꝟtutes cardinales non habent
aliquā eſſētialē vriam. Itē nulle forme adinuicē
diſpate ⁊ diuerſe ſeipas denomināt. q̄uis eīn dē di
cat̄ qđ muſicū ſit albū. tamē nullo mō ꝯcedit̄ ꝙ mu
ſica ſit alba. ſ ꝟtutes cardiales ſm̄ ꝙ vult Hern. et
Aug. ſeipas denomināt. q̄ fortitudo ē prudēs. ⁊ pru
dētia fortis. ḡ vr̄ ꝙ non habeāt eſſētialē vriaꝫ. Itē
iuſticia ſm̄ ꝙ dicit Anſel. eſt rectitudo volūtatis. ſed
ois cardinalis virt⁹ eſt rectitudo volūtat̄. ḡ ois car
dinalis virtus eſt iuſticia. ſi ḡ iuſticia nomiat vnam
ſpecieꝫ ꝟtutis. videt̄ ꝙ cardiales virtutes nō hēant
eſſentialē vriam ſiue formalē. Itē cuilibet virtuti
eēntiale eſt inſpicere mediū. cuilibet etiā eſſētiale eſt
mediū ſeruare. cuiuſlibꝫ etiā eſt aggredi difficile. q̄li
bet etiā eſt ordiare. Si ḡ medium inſpicere eſt p̄pius
prudentie. mediū ſeruare tpātie. aggredi difficile for
titudis. ordiare ipi⁹ iuſticie. vr̄ ꝙ q̄libet iſtaꝝ virtutū
intret eſſētiam alteri⁹. Nō ḡ formalit̄ diſtinguūtur.
15 R° dō ꝙ eſt loqui de virtutib⁹ cardialib⁹ q̄tū ad
formā ꝑ quā ſūt gratuite. ⁊ q̄tū ad formā ꝑ quaꝫ ſūt
meritorie. ⁊ q̄tū ad formā ꝑ quā ſūt ad ſpāles actuū
vrias ordiate. Si loq̄mur de forma ꝑ quā ſūt gratui
te. ſicut illā poti⁹ vniunt̄ q̄ꝫ diſtiguūtur. q̄ illa forma
eſt gr̄a gratū faciēs. que lꝫ ſit vna. tn̄ gratā reddit dō
aīam cū vniuerſis potētijs ei⁹ ⁊ habit⁹ virtuoſis ſic
in ſcdō li. dn̄ſū fuit. di. xxvij. Silr̄ ſi loq̄mur de ipis ꝟ
tutib⁹ q̄tū ad formā ꝑ quā ſūt meritorie ⁊ hn̄t rōeꝫ
merēdi pfecte. ſic magis ꝯnectunt̄ ⁊ vniūt̄ q̄ꝫ diſtin
guātur. q̄ illa forma eſt charitas ꝑ quā virtutes ce
tere tāq̄ꝫ pondē vnico ad vnū finē vltimū inclinant̄
q̄ſi ad locū ꝓpriū. ⁊ hoc infra meli⁹ dn̄det̄ in tracta
tu de ꝯnexione virtutū. Si vero loq̄mur de ipis vir
tutib⁹ ſm̄ formā ꝑ quā ſūt ad ſpāles actuū vrias or
dinate. ſic dico ꝙ virtutes cardiales eēntialiter ⁊ for
maliter diſtiguūt̄. ⁊ eaꝝ diuerſitas colligit̄ ex quiqꝫ
compatōib⁹ ſicut in obijciēdo dn̄ſū fuit. videlicet ex
diuerſitate potētiarū q̄s informant ⁊ pficiunt. et ex
diuerſitate actuū q̄s eliciūt. ⁊ ex diuerſitate obiecto
rū ad que ordinant̄. ⁊ ex diuerſitate medioꝝ circa q̄
ꝯſiſtūt. ⁊ ex diuerſitate vicioꝝ oppoſitoꝝ q̄ excludūt.
⁊ ideo rōnes q̄ ad hāc ptem inducunt̄ ꝯcedēde ſunt
q̄ veꝝ ꝯcludunt. Ad illō vero qđ p̄mo obī in ꝯ̄ 16
riū ꝙ virtus nō eſt aliud q̄ꝫ variatio affect⁹ amoris.
dō ꝙ Aug. loquit̄ ibi de virtutib⁹ cardinalib⁹ ſm̄ ꝙ
reduci hn̄t ad vnā radicē charitatis. ꝑ quā hn̄t pfe
cta ordinatōe ad ipm̄ deū ordiare. ⁊ ex hoc ſortiūtur
quādā ꝯnexionē ad vnitatē. ⁊ hoc pꝫ ꝑ lr̄am ſequē
tē qua diffiniēs tpantiā dic̄ tpantiā dicam⁹ eſſe amo
rē deo ſeſe integrū incorruptūqꝫ ſeruātem. fortitudi
nem amorē oia ꝓpter deū facile pferētē. ⁊ ſic d̄ alijs
Talis aūt relatō tpātie ⁊ fortitudis in deū ꝑ amorē
nō ē virtutū cardinaliū niſi inq̄ꝫtū a charitate regūt̄
⁊ informant̄ ⁊ tpant̄. ⁊ hoc mō veꝝ eſt ꝙ hn̄t quan
dā vnitatē rōne vni⁹ motoris. ſ ꝓpter hoc nō ſequit̄
ꝙ nō diuerſificent̄ ꝓprijs formis. Ad illō qđ obī 17
ꝙ virtus eſt eq̄litas vite vndiqꝫ rōni ꝯſentiēs. dō ꝙ
hoc ꝙ eſt vndiqꝫ p̄t dupl̄r intelligi ꝙ fiat diſtributō.
Aut ita ꝙ hoc ꝙ eſt vndiqꝫ diſtribuat ꝓ duab⁹ extre
mitatib⁹ ꝯſiſtētib⁹ circa medietatē. ⁊ ſic ꝯuēit cuilibꝫ
virtuti cardiali ꝑ ſe. q̄ nec declīat ad ſupfluū nec ad
diminutū. Alio mō hoc ꝙ eſt vndiqꝫ p̄t diſtribuē ꝓ
oib⁹ ptib⁹ rōnabilib⁹ aīe. ⁊ tūc nō ꝯpetit alicui virtu
ti cardiali abſolute ſ inq̄ntū hꝫ ꝯnexionē cū alia. Et
ex h̄ n̄ p̄t ꝯcludi ꝙ oēs virtutes ſint vna eēntialit̄. ſ
ꝙ pn̄t dici vna ꝑ q̄ndā ꝯnexionē ⁊ aggregatiōeꝫ. ſic
oēs potētie aīe q̄uis ſint diuerſe. dāt ipi aīe poſſe. ita
ꝙ vna ſine altera nō poſſꝫ aīaꝫ facē potētē. ſic intelli
gēdū eſt de eq̄litate vite q̄ ꝯſiſtit penes vnā ꝟtutē p
ticularit̄. penes āt oēs ꝯſiſtit integre ⁊ pfecte. Ad 18
illō qđ obī ꝙ vna virt⁹ denoiat aliā. dō ꝙ ē p̄dicatio
multiplex. vicꝫ. ꝑ cām. ⁊ ꝑ eēntiā. ⁊ ꝑ ꝯcomitātiā. Et
cū dr̄ ꝙ vna virt⁹ denoiat alterā. h̄ nō ē ꝓpē eſſētialē
ꝯueniētiā. ſ h̄ ē ꝓpē h̄ ꝙ ꝯcomitāt̄ ſe circa vnuꝫ aīe
ſbiectū. ⁊ circa potētias q̄ ſe mutuo circūincedūt. Et
ſi tu obijcias ꝙ ꝯcomitātia n̄ ſufficit. q̄ n̄ ꝯcedit̄ ꝙ
muſica ē alba. dō ꝙ ꝯcomitātia n̄ ſufficit ſimpl̄r. ſed
ꝯcomitātia cū ſimplicitate ſbiecti. ꝑ quā ſbiectuꝫ p̄t
reflectē ſe ſup ſe ⁊ ſup oē illō qđ ē in ſe. ſic pꝫ. q̄ aīa i
tellectia ſimpl̄r p̄t ſe ꝯuertē ſup ſe ꝑ actū intelligēdi.
⁊ ſilr̄ ꝑ actū diligēdi. Et hinc ē ꝙ virtutes in talibus
potētijs exiſtētes pn̄t ſe mutuo denoiare. ⁊ iō nō ē ſile
de oib⁹ actib⁹. etiā ſi circa idē ſbiectū habeāt ꝯſiſtē.
Ad aliō qđ obī ꝙ ois cardial̄ virt⁹ ē q̄dā volūtatis 19
rectitudo. ita ꝙ ois virt⁹ cardialis eſt iuſticia. dōꝫ ꝙ
iuſticia dupliciť accipit̄. quia eſt iuſticia generalis.

et eſt iuſticia ſpecialis. Et iuſticia generalis comple
ctitur oēs virtutes non ſolum cardinales ſed etiam
theologicas. Juſticia vero ſpālis non eſt ſimpliciter
rectitudo volūtatis ſed rectitudo volūtatꝫ ordinās
ad alteꝝ. ⁊ hoc non ꝯpetit cuilibet virtuti cardinali.
⁊ ꝓpterea non ſequit̃ ꝙ cardiales virtutes nō hēant
20 abinuicem diſtingui. Ad illud qđ obijcit̃ de illis
quatuor ꝯditōibus que ſūt in qualibet virtute. rñde
ri ꝑt ꝙ verū eſt. ſed tamen ex hoc non ſequit̃ ꝙ virtu
tes non ſint diſtincte. quia ꝙ quelibʒ harū cōditōnū
attribuat̃ alicui virtuti ſpāli hoc non eſt ꝑ ꝓprietatē.
ſed magis ꝑ appropriatōem. cuiuſlibet em̄ virtutꝫ ē
mediū tenere. ſed ꝓpter hoc appropriat̃ tp̄atie. quia
maxime oportunū eſt circa delectatōnes mediū cu
ſtodire. ſic ⁊ de alijs ꝯditōibus intelligēdum eſt. Si
tamen obijciat̃ ꝙ inſpicere mediū hoc eſt ꝓpriū ipiꝰ
prudētie. ⁊ ita videt̃ ꝙ prudētia ſit de eſſentia aliaꝝ
21 virtutū cardinaliū. dō ꝙ inſpectō medij ē duobꝰ mo
dis. vel ꝑ modū ꝯſideratōis directe. vel ꝑ moduʒ in
clinatōis determinate. Primo mō inſpicere mediū
eſt ꝓpriū ipſius prudentie q̄ ꝑficit potētiam rōnalem
cuius eſt ꝯſiderare ⁊ diſcernere. ⁊ hoc mō inſpicē me
dium nō ꝯuenit virtuti cardinali ꝑ ſui eſſētiaʒ ſed ꝑ
ꝯcomitātiam directiuā. Unde ſicut oculus videt ſi
bi ⁊ alijs mēbris. ſic prudentia inſpicit ſibi ⁊ virtuti
bus ceteris. Alio mō inſpicere mediū eſt ꝑ modū in
clinatōis determiate. ⁊ ſic non tm̄ eſt prudētie ſʒ etiā
cuiuſlibet virtutis. quia quelibet virtus eſt quoddā
pōdus recte inclināſ. ⁊ mouēs ad mediū circa qđ hʒ
ꝯſiſtere. Unde ſicut grauitas lapidis recte dicit̃ in
ſpicere locū deorſū ſiue mediū mūdi. ſic quelibet vir
tus ꝑt rōnabiliter dici inſpicere mediū recte viuēdi.
⁊ ex hoc nō ꝑt ꝯcludi ꝙ prudentia ab alijs virtutibꝰ
non habeat diuerſificari. ¶ Queſtio. iij.
De virtutibus cardinalibꝰ q̄tū ad ſbiectū. Et queri
tur vtrū ſint in pte aie rōnali. an in ea pte que ſolum
obtpat rōi. Et ꝙ ſint i pte aie rōali videt̃ pmo ꝑ au
toritateʒ Aug. in ſolil. Uirtus eſt ratō recta ꝑducēs
in fineʒ. ſed ꝯſtat ꝙ hec eſt ꝑdicatō cauſalis ſiue ma
terialis. ꝗ videtur ꝙ ſbiectū virtutis ſit ipſa ratō ſiue
potentia rōnalis. ¶ Item virtus eſt principiū merē
di ⁊ opis meritorij ⁊ laudabilis. ꝗ circa illā potētiaʒ
habet eſſe circa cuius actū ꝯſiſtit laus ⁊ meritū. ſʒ ta
lis eſt potentia rōnalis. ſ. li. ar. ꝗ videt̃ ideʒ qđ prius
Item in eo ſbiecto eſt virtus in quo anima habʒ
imaginem dei. cuʒ virtutes cetere habeāt ortū a gra
tia cuius anima eſt capax ꝑ hoc ꝙ eſt imago. ſed nō
eſt imago niſi ꝑ potētiam rōnalem. ꝗ ⁊c. Iteʒ oīs
virtus conſiſtit circa electōnem boni ⁊ fugam mali.
ſed habitus electiuus eſt ſolius potentie rōnalis ꝓ
prie dicte. ꝗ videtur ꝙ oīs virtus ꝓprie ſit in rōnali
parte ipſius anime. ¶ Item virtus eſt in genere ho
neſti ſm ꝙ vult tullius. Sed bonuʒ qđ eſt honeſtuʒ
⁊ eius oppoſitū eſt obiectū ſolius rōnalis virtutꝫ. q̄
potentie ſenſitiue ſolūmō feruntur ad ea bona q̄ ſunt
de genere commodi. ꝗ videt̃ ꝙ virtus ſit ſolū in pte
anime rōnali. Sed ꝯ. fortitudo eſt in iraſcibili. et
tpantia in ꝯcupiſcibili. ſed iſte non ſūt rōales niſi q̄
obtpantes rōni ſm ꝙ dicit phs in fine none ethice.
ꝗ videt̃ ꝙ cardiales virtutes non habeāt eſſe in pte
rōnali ſed potius in pte ſenſibili. Itē in ea pte eſt
habitus virtutis expediens ⁊ rectificās circa quam
habet eſſe ꝓnitas ⁊ obliquitas. ſʒ hec duo ſunt ma
xime circa motiuā ſenſibilē. que quidem ſūt iraſcibi

lis ⁊ ꝯcupiſcibilis. ꝗ videt̃ ꝙ in illis habeat locari v
tus cardinalis. Itē in ea pte ē habitꝰ virtutis tā
q̄ in ſbiecto ꝓprio q̄ immediatius ⁊ primiꝰ elicit ac
tum ipſius virtutis. ſed tpantie ⁊ fortitudis actꝰ elici
unt̃ immediate a ꝯcupiſcibili ⁊ iraſcibili. q̄ ſunt obe
dientes rōni. ꝗ videt̃ ꝙ in eis virtutes cardinales ha
beant poni. ¶ Itē virtutes cardinales diſtinguunt̃
a theologicꝫ ſicut ꝯſuetudinales ab intellectualibꝰ.
ſed intellectuales vt ſapiētia ⁊ intelligētia ⁊ frencſis
ponunt̃ in rōnali pte ꝓprie dicta. ꝯſuetudinales vō
in ea pte que obtpant rōni. ꝗ videt̃ ſimiliter ꝙ theo
logice debent reponi in pte rōnali. ⁊ cardinales in p
te ſenſibili ſm ꝙ rōni obedit. ¶ Itē in eā pte maxie
habet reponi habitꝰ virtutis que magis indiget re
ctificari. ſed ps q̄ magis indiget rectificari eſt ps ſen
ſitiua. qm̄ ſm ꝙ dicit phs intellectus ſp eſt rectꝰ. fā
taſia recta ⁊ non recta. cū ꝗ fantaſia nominet potē
tiā ſenſitiuā. vr̃ ꝙ circa ipſam eſſe habeāt vtutes car
dinales. ¶ Rᵒ ad ꝑdictoꝝ intelligētiā eſt notādū ꝙ 22
cū rōale dicat̃ dupl'r ſm ꝙ vult priſcianus. videlicʒ.
qđ rōeʒ pticipat. ⁊ qđ rōni obedit. Si large accipiat̃
ps rōal' ſic n̄ ē dubiū q̄n oēs vtutes i pte rōali ſint. ſi
ue theologice. ſiue cardiales. ſiue intellectuales. ſiue
ꝯſuetudiales. Si vero rōale dicat̃ ꝓprie ſm ꝙ pti
cipat rōnē. ſic voluerunt aliqui dicere ꝙ quedā vir
tutes cardiales ſūt in pte rōnali. vtpote in prudētia
⁊ iuſticia. quedā vero nō ſed in potētia inferiori q̄ eſt
rōnalis largo mō dicta. q̄ obtpat rōni. vt fortitudo
⁊ tpantia q̄ ſūt in iraſcibili ⁊ ꝯcupiſcibili. Licet autē
hic modꝰ dōi aliq̄ mō ꝓbabilis videat̃ ſm morales
phos. tamē ſm theologū non vr̃ rōnabiliter dici q̄ſ
dam vtutes cardiales poni in pte ſupiori ⁊ quaſdā
in inferiori. cū oēs vtutes cardiales equales ſint q̄
tū ad meriti dignitatē. oēs etiā ſint pncipiū merēdi.
Et ꝓpterea cū meritū cōſiſtat radicaliter circa li. ar.
in ſolis illis potētijs habēt eē vtutes ſiue cardiales
ſiue theologice in q̄bus repit̃ libertas arbitrij. ꝓpē
qđ cū libertas ar. nō ſit niſi in pte aie rōali. ſm ꝙ rō
nale dicit̃ qđ pticipat rōem. neceſſe eſt ceteras vtu
tes cardiales in pte illa reponi. ⁊ h̄ neceſſario exigit
eaꝝ dignitas. cū ipe hēant ortū a gr̃a. ⁊ ꝑfectōes aie
multo ſint nobiliores q̄ ipſa ſcia q̄ ponit̃ tāq̄ʒ in ſbie
cto in pte aie rōali ⁊ intellectia. Et ꝓpterea ꝯcedēde
ſūt rōes q̄ ſūt ad ptē iſtā. Ad euidētiā vō obiectoꝝ 23
q̄ in ꝯriū opponūt̃ notādꝰ eſt aliꝰ modꝰ diſtinguēdi
rōale ſm theologū. Uno em̄ mō diſtiguit̃ rōale ꝯ p
tē ſēſitiuā. Alio mō diſtiguit̃ ꝯ potētiā affectiuā. Se
cūdū ꝙ diſtiguit̃ ꝯ potētiā ſenſitiuā. ſic ſūt in pte rō
nali oēs vtutes. Scđm vō ꝙ diſtiguit̃ circa potētiā
affectiuā ſic nō ſūt in ea oēs vtutes. ſʒ ille ſolū q̄ diri
gūt in diſcernēdo ſic fides ⁊ prudētia. Alie vō repo
nunt̃ in potētia affectia q̄ q̄dē ps eſt li. ar. ⁊ dr̃ volū
tas hʒ ꝙ ꝯiūcta eſt rōni. Dicit̃ etiā ꝯcupiſcibil' ⁊ ira
ſcibil' ſm ꝙ diuerſimode hʒ affici ⁊ moueri. Nihil eī
aliđ eſt volūtas q̄ affectꝰ ſiue appetitꝰ rōcinatꝰ. oīs
aūt affectꝰ ſiue appetitꝰ eſt vis iraſcibil' ſiue ꝯcupiſci
bilis. q̄ due vires ſm ꝙ ſūt li. ar. ptes rōnales ſūt. et
in ipſis pn̄t eē vtutes theologice ⁊ cardiales. Theo
logice iq̄ntū imediate eleuāt̃ in deū ipm diligendo
et ipſi inherendo. cardinales vero inq̄ntū verſātur
circa bonuʒ creatū. Et ꝑ hoc ꝓ magna pte patet re
ſponſio ad obiecta. Ad illud qđ primo obī in cō 24
trarium. ꝙ ſ. fortitudo ⁊ tpantia ſūt in iraſcibili ⁊ cō
cupiſcibili. ⁊ iſte ſolū ſūt rōales quia obtēpant rōni.

dōm ꝙ abſq; dubio iſte due virtutes cardinales q̄n-
tum ad habitus ſbſtratos in illis duabus viribus re
ponūtur. licet q̄tum ad rōem primariā merēdi ⁊ or
dinandi oīs virtus in li.ar. ponēda ſit. ⁊ iſta duo ſūt
incōpoſſibilia. ꝓco ꝙ li.ar. non eſt potētia diſtincta
a rōnali ⁊ ꝯcupiſcibili ⁊ iraſcibili ſm rē. Et ꝓpterea
illa aſſūptio eſt falſa ꝙ ꝯcupiſcibilis ⁊ iraſcibilis ſo-
lūmodo ſūt rōnalis quia obtēpant rōni. In nob enī
eſt duplex iraſcibilis ⁊ ꝯcupiſcibilis. videlicet rōnal
⁊ ſēſibilis. Rōnalis ſm quā immediate nati ſumus
in deū ferri. ⁊ in qua cōicamus cū angelis. ⁊ in qua
ſm diuerſas ꝯparatōes habet reponi theologica vir-
tus ⁊ cardinalis. Alia vero eſt iraſcibilis ⁊ ꝯcupiſci-
bilis ſēſibilis que ſolūmō dicit rōnalis quia obtēpat
rōni. Et in hijs non ꝯſiſtit li.ar. nec in hijs ſicut in ſb
iecto ponit virtus cardinalis. licet ꝑ frequētē aſſue
factōem aliquo mō ille potētie non incōgrue dicant
habilitari. illa tamē habilitas nō eſt de virtutis eſſē-
25 tia ſed potius ſibi annexa. Ad illud qd obijcit ꝙ
ꝓnitas ⁊ obliquitas habēt eſſe circa ptem ſenſibilē
quia nata eſt ſbiacere. dōm ꝙ obliquitas habet eſſe
circa aliquā potētiā dupliciter. aut quia in ea īncho
atur. aut quia ꝯſūmat. Primo mō eſt obliquitas in
pte ſenſibili. ſ. q̄tū ad inchoatōem. ⁊ hoc ꝓpter fomi
tis inclinatōem. Scdo vero mō eſt in pte rōnali ꝓpt
ꝯſēſum ⁊ deliberatā electōem. ⁊ in hac pte pncipalit
reſidet obliquitas vicij. ⁊ ꝑ oppoſitū rectitudo vtu-
26 tis. ⁊ ideo nō in pte ſenſibili ſed magis i rōnali. Ad
illud qd obijcit ꝙ actus virtutis fortitudinis ⁊ tpā
tie immediate dicūtur a ꝯcupiſcibili ⁊ iraſcibili. dō
ꝙ illud verū eſt loquendo de ꝯcupiſcibili ⁊ iraſcibili
hūana. ſed ſi loq̄mur de ꝯcupiſcibili ⁊ iraſcibili bru-
tali ⁊ ſenſuali. ſic ꝑ alias potētias nō immediate di-
citur actus iſtarū virtutum. immo quaſi ꝯſequēter.
quia rectificata ꝯcupiſcibili ⁊ iraſcibili rōnali ꝑ ha-
bitum virtutis. ꝑ ꝯſequens rectificat ipa ꝯcupiſcibi
lis ⁊ iraſcibilis brutalis que illis habet ſbijci ⁊ famu
lari. Unde ſicut rectificata volūtate in diſpenſādo. ꝑ
ꝯſequēs rectificat manus ad tribuēdum beneficiū.
tamen largitas non eſt in manu ſicut in ſbiecto ſ; in
ipa volūtate. ſic intelligēdum eſt in ꝓpoſito. Ad
27 illud qd obijcit ꝙ ꝯſuetudinales virtutes reponun
tur in ea pte que obtēpat rōni. dōm ꝙ hoc non eſt qr
habitus ꝯſuetudinalis virtutꝭ ſm ꝙ virtus habeat
eſſe in illa pte ſenſibili que rōali obtēpat. ſ; quia ex q̄-
dam ꝯſuetudine benefaciendi in illa pte relinquitur
quedā habilitas. Et ideo pt dupliciter ad rōem illā
reſponderi. Primū quidē quia non eſt ſimile de vir
tute cardinali ⁊ ꝯſuetudinali ſ; ꝙ ꝯſuetudinalis ē.
quia cardinalis virtus nominat habitū dirigētē in
opibus electiue. ꝯſuetudinalis vero pter hoc nomi-
nat habitū acquiſitū ex frequēti bene agē. Alit etiā
reſponderi pt ꝑ interemptōem minoris. quia ꝯſuetu-
dinalis virtus q̄ſi aliquo mō ſit in pte ſenſuali qua-
ſi in exequēte ⁊ ſbiacente. in rōnali tamē eſt pncipa-
liter tanq̄ in imꝑante actū virtutis ⁊ potētie ſenſua
28 li ꝑſidente. Ad illud qd obijcit ꝙ potētia ſenſual
magis indiget rectificari q̄ intellectualis. dō ꝙ ſlm
eſt. quia rectitudo ⁊ obliquatio que homini imputa
tur hec eſt que habet ortum a pte rōnis. Et ꝙ obijcit
ꝙ intellectus ſemꝑ eſt rectus. dōm ꝙ illud intelligit
de intellectu ſm ꝙ reſpicit leges eternas ⁊ ab ipis re
cipit ⁊ in eis ſpeculat. non ſūt qualitercūq; ex ſe-
mouet. immo frequēt eſt obliquus ⁊ erroneus. Uel
pt dici ꝙ hoc intelligit de intellectu ſm ꝙ ē acceptō
pncipiorū notiſſimorꝝ in qualibet ſciētia. vtpote di-
gnitatū circa que non ꝯtingit errare. non aūt ꝓut ap
plicari habet ad opa ſpālia. ⁊ idō ad ipaꝝ directōnē
virtutes ſūt ſibi nccrie. Et ꝓpter h rō illa nō ꝯcludit.
qr ꝓcedit ex falſa aſſūptione.

Queſtio.iiij.

De virtutibus cardinalibus q̄tū ad numerꝝ. Et que
rit vtrū tm̄ debeāt eſſe quatuor an plures. Et ꝙ tm̄
ſint quatuor videt. per illud quod dicit Sap.viij. ꝙ
ſapientia docet ſobrietatē. prudentiā. iuſticiā. ⁊ for
titudinem. ſi ḡ nominat virtutes cardinales ſufficiē
ter. videtur ꝙ ſūt quatuor ⁊ non plures nec paucio-
res. Item hocipm ꝓbatur ꝑ glo. Geñ.ij. vbi dicit
ꝙ fluuius qui egrediebat de ꝑadiſo diuidebat in q̄-
tuor capita. ibi dīc glo. ꝙ ꝑ iſta quatuor capita intel-
ligūtur quatuor virtutes cardinales. Item hipm
oſtēditur ꝑ Aug. qui in libro de moribus eccleſie dīc
affectum virtutis eſſe quadriptitū. ſed ꝯſtat ꝙ hoc
non pt intelligi niſi de cardinalibus. ḡ ⁊c. Itē hoc-
ipm oſtēditur ꝑ phm ⁊ alios tractatores qui de hac
materia loquūtur. Silr oēs virtutes ꝯſuetudiales
⁊ pollitice reducuntur ad quaternariū. Sed ꝯ. v-
tutes theologice ſūt tres ꝓpter trinitatē obiectorū
⁊ potētiarū. ſed in eiſdem potētijs ſūt virtutes car-
dinales ⁊ theologice. lz ſm aliā ⁊ aliā ꝯparatōē. ḡ
videt ꝙ ſint tm̄ tres. Itē virtꝰ que ordinat ad alte
rū eſt tm̄ vna. videlicet. iuſticia ad ꝓximū. ḡ videt ꝙ
vna ſit tm̄ virtus ꝑ quā homo ordinetur ad ſeipm.
Aut ſi tres ſunt virtutes ꝑ quas ordinat in ſe. videt
ꝙ tres ſint ꝑ quas ordinet homo ad ꝓximum. ita ꝙ
non tm̄ ſint quatuor. ſed etiam ſe extēdāt ad nume-
rum ſenariū. Item ſuꝑ illud Math.xv. Erāt qui
qui manducauerāt quaſi quatuor milia hoim. Glo.
Per quaternariū. quatuor virtutes cardiales intel-
ligūtur. Prima eſt prudentia cognitio rerꝝ appeten-
tedaꝝ ⁊ vitādarū. Scda eſt refrenatio cupiditatꝭ ab
hijs q̄ tpaliter delectāt. Tercia eſt firmitas ꝯ mole-
ſtias ſeculi. Quarta vo q̄ ꝑ oēs diffūdit ē dilectō dei
⁊ ꝓximi. Si ḡ dilectō dei ⁊ ꝓximi ponit vna int car-
diales vtutes. vr ꝙ ſint plures q̄ q̄tuor. Itē hūi-
litas patiētia ⁊ obediētia ſūt magne vtutes. nec ta-
mē ſūt aliq̄ ꝑdictaꝝ vt videtur. ḡ vr ꝙ cardinalꝭ vir-
tus nō ſufficiēter diuidat ꝑ q̄tuor mēbra. Eſt ḡ qō d
ꝑdictarū vtutū cardinaliū numero ⁊ ſufficiētia. Rꝰ 29
dō ꝙ abſq; dubio numerꝰ ⁊ ſufficiētia vtutū cardia-
liū ꝯſiſtit in q̄ternario. Huiꝰ aūt numeri rō ⁊ ſufficiē
tia aſſignat multꝭ modis. q̄ ⁊ ſi ꝑ oīa nō ſint rōnales.
tm̄ ꝯficiūt vnū modū dōi rōnalē ⁊ ſufficiētē. Poſſūt
aūt hij modi dōi ad q̄tuor reduci ſ; q̄druplicē rōem
ipius cardialis vtutis. vicz ad ꝓpriū ſbiectū. ad actū
itriſecū. ad ſuū oppōitū. ⁊ ad ꝓpū obiectū. Primꝰ ḡ
